Quod ut faceret aliqua cum auctoritate ſimulat cum de egeria nocturnos ſe habere congreſſus. Erat quædã ſpelũcha peropaca i nemore aricino: unde riuus perẽni fonte manabat. Huc remotis arbitris ſe inferre cõſueuerat: ut mẽtiri poſſit monitu deæ cõiugis: ea ſacra populo ſe tradere: quæ acceptiſſima diis eſſent: uidelicet aſtutiã Minois uoluit imitari: q̃ ſe i antrũ iouis recõdebat: & ibi diu moratus leges tãquã ſibi a ioue traditas aſſerebat: ut homines ad parendũ non modo imperio: ſed etiam relligione conſtringeret. Nec difficile ſane fuit perſuadere paſtoribus. Itaq; pontifices: flamines: ſalios: augures creauit. deos per familias deſcripſit. Sic noui populi feroces aios mitigauit: & ad ſtudia pacis arebus bellicis auocauit. Sed cum alios falleret: ſeipſum tamen nõ fefellit. Nã poſt annos plurimos: Cornelio & Bebio conſulibus in agro ſcribe Petilii ſub ianiculo: Arce duæ lapideæ ſunt reptæ a foſſoribus: quarum in altera corpus numæ fuit: in altera ſeptem latini libri de iure pontificio. Item græci totidẽ de diſciplina ſapientiæ ſcripti: Quibus relligiones: non eas modo quas ipſe inſtituerat: Sed omnes præterea diſſoluit. Quare ad ſenatum delata decretum eſt ut hi libri abolerentur. Ita eos Qu. Petilius prætor urbanus in concione populi concremauit. & reliqua. Eſt locus præcinctus:

circundatus. Silua opaca: umbroſa. Vallis aricinæ: ab aricia: quæ diſtat ab alba uiginti ſtadiis:

Sacer antiqua relligione: hoc iõ dictũ qđ cõſecrata ibi ara dianæ ante Albã cõditã. Nã cũ Iphigenia: cui⁹ i prio libro meminim: peſſet aræ dianæ taurice i Scithia: ubi hoſpites mactabãr: appulit illuc Oreſtes: cui cũ eũ agnouiſſet pepcit. Querẽib⁹ ſcyrhis illã Oreſtẽ nõ mactaſſe: tumultũ uerita auſugit noctu cũ fratre: ab alto Dianæ ſimulachro: uen: tq; i italiã: & i ſilua aricina tẽplũ dianæ cõſecrarũt.

ANT. FAN. Hippolitus aricie latuit. Virbius

¶Hic latet Hyppolitus &c. Cũ Hippolitum eq traxiſſent laceraſſentq; Diana eũ ab iferis pæſculapiũ reuocauit ac Nymphæ cõmẽdauit Egeriæ & Virbiũ quaſi bis uirũ uocari ſuſſit. Sed re uera ut inqt Seruiꝰ Virbi⁹ ẽ numẽ Dianæ cõiunctũ: ut Veneri adonis. Nec nos moueat Horati⁹ qui ait ifernis: Neq; n tenebris diana pudicũ liberat hippolytũ quẽ Virgilius ait: ad ſydera rurſus ætherea & ſupas cœli uenire ſub auras Pæoniis reuocatũ herbis & honore Dianæ. Nõ. n. qđ Horatius dic ad illid referri dz qđ p⁹ diſtractionẽ quã ab eqs ẽ paſſus Hippolyt⁹ i uitã reſtitut⁹ dr: ſed ad cõditionẽ mortalitatis: quã añ reuocationẽ effugere nõ potuit fauore Dianæ. is fuit Theſei filiꝰ ex Antiope ſiue Hippolyte amazone q̃ aſ Pyttheũ troezene educatus ẽ De qua Oui. Hic tecũ troezena colã Pyttheia regna. Vñ nem⁹ nullis illud adiẽ eqs: Vir. i. vii. æne. Vñ ẽt tẽplo triuiæ Luciſq; ſacratis cornipedes arcenẽ eq qđ littore currũ & iuuenẽ mõſtris pauidi effudere marinis. Idẽ & ſcripſit callimachus teſte Seruio. Licia depẽdẽt lõgas uelãtia ſepes: Tabellæ pictæ ac licio ſuſpẽſæ ab his q uota ſoluerũt. Qđ & maiores nſi facere cõſueuerũt; Vñ illud ẽ Tibulli: Nã poſſe mederi picta docet tẽplis multa tabella tuis: & hac ætate nõ pauci faciũt. Scim⁹ aũt Dianã morbo affectis opẽ afferre. Quare Sicul eã (teſte Diomede) Lien appellaſt apotylio. i. ſoluo ãſi ſolutricẽ maloꝝ q̃ ea placata laborãtes morbis ſinẽ maliſ inuenerũt. Potẽs uoti: Fœmia uoti cõpos & cõſecuta q̃cq̃ petiit a diana ſæpenumero accẽſis facib⁹ ex urbe roma cõfert ſe ad artemiſiũ ut agat deæ gr̃as uel uota p̃ſoluat. Regna tenẽt manib⁹ fortes pedibuſq; fugaces: Sacerdos dianæ aricinæ rex olim dicebaſ. Vñ illud ẽ: Immitis aricia regni. Et Suetoni⁹ ait i Caligula Nemorẽſi regi qđ multos iã annos potiret ſacerdotio ualidiorẽ aduerſariũ ſubornauit. Erat ãt hic ſacerdos fugitiu⁹. fuit. n. i hoc tẽplo poſt mutatũ ritũ ſacrificioꝝ arbor q̃dã ut ſcribit Seruiꝰ de qua ifringi ramũ ñ licebat. Dabaſ tñ fugitiuis ptãs: ut ſigs ide ramũ potuiſſet auferre monomachia id ẽ ſingulari certamine cũ tẽpli ſacerdote pugnaret: q̃ fugitiuus erat (ut qđã putãt) ad imaginẽ fugæ Oreſtis q poſt occiſum re gẽ Thoãtẽ i regione Taurica cũ ſoror iphigenia fugit & ſimulachrũ inde ſublatũ haud lõge ab Aricia collocauit. Dabaſ aũt facultas dimicãdi q̃ſi ad priſtini ſacrificii reparationẽ: aſ Tauros. n. Diana humano ſanguine placabaſ cui trãſlatæ i nemus Aricinũ ſeruos tm aliq̃ imolarũt. Sed cũ poſtea romanis ſacroꝝ crudelitas diſpliceret Diana ad Laconas trãſlata dr ubi ſacrificioꝝ cõſuetudo adoleſcẽtulox uerberib⁹ ſeruaſ q (ut ſcribit Cicero i. ii. Tuſcu. q̃nũ) ad arã ſic uerberãſ ut multus e uiſceri⁹ ſanguis exeat: quoꝝ nemo exclamat. nemo ingemiſcit cũ qđã uerberib⁹ afficiãtur ad necẽ. Eũdẽ tẽpli ſacerdotẽ fugitiuũ fuiſſe Strabo quoq; teſtaſ his uerbis: Barbaricus qđã ſcytaq; circa tẽplum mos obtinet q. n. uictime mactator prius extiterit ſacerdos inſtituiſ fugitiuus qđã uir gladiũ tenens & inſultus ſemp circũſpectãs ad tutãdũ ſtrenue parat⁹. Sane mutatũ ſacrificii ritũ oñdit Vir. in. vii. æne. cũ ait: Pinguis ubi & placabilis ara Dianæ. Sciẽdũ igiſ fugaces pedibus hic accipi fugitiuos. ga non niſi fugitiuus ſacerdos ſiue Rex creari poterat. Nã ſi diceres regnũ tenere ſtrenue pugnãtes ac celeriter fugientes: nõ recte acciperes ſenſum auctoris: reluctaretur q̃ tibi & Seruii & Strabonis auctoritas. Quomodo. n. ad tutandũ ſtrenue paratus eſt qui fugit? Vel quomodo fugitiuum uocat Seruius qui cum ſacerdote regnum obtinente nondum monomachia pugnauit?

Tabellæ pictæ in templis Lien. Fœmiæ accenſis facibus aricia curre bant. Rex nemorẽſis Oreſtis fuga. Dianæ Thauricæ ſacrificium.

PAV. MAR.

¶Hic in hac ſilua. Latet Hippolitus: Tehſei ex Hippolyta: quæ Anthiope filius. Diſceptus loriſ habenis. Equorum: ideſt ab equis frenatis. & loris implicitis: tractus laceratuſq; eſt & quãuis Cicero fabulam eſſe putet hiſtoria tamen fuit: ſed in tragœdias: ſic & in fabulas relata. Phœdra deucalionis cretenſis filia: Theſei uxor ob denegatum ab Hippolito concubitum: cum uitro appetiti concubitus falſo accuſat. Theſeus: cum eſſent ſibi tria uota a Neptuno cõceſſa: ut in fabulis eſt Hippolyti interitum optauit: de quo apud Annæum in Tr. genitor æquoreus dedit: Vt uota prono trina concipiam deo. Et inuocata munus hoc ſanxit ſtyge En perge donum triſte regnator freti nõ cernat ultra lucidũ Hippolytus diem: Adeatq; manes iuuenis: irato patre. & reliqua. At neptunus monſtrũ ingens imiſit: quo exterriti equi Hippolyti: fugiẽtes eũ diſiecere: & loris iplicitũ laceruere. Sed ut in hiſtoriis legimus: Cum ferretur curru Hippolytus: tei audita nouercæ calumnia labenti animo: frena e manibus exciderunt. Turbati equi: excuſſis habenis: currum præcipitem egerunt. Quo effracto Hippolytus ueſtibus implicitus atq; ad terram delatus interiit. Poetæ uero eum Aeſculapii ope reuexiſſe dicũt. Virbiũq; mutato nomine appellatũ: de quo alio loco dicetur. Retinereq; Dianã Aricinam eũ apud ſe dicũt. Alii egeriæ cõmendatum: quod oſtendit etiam Virgi. in fine ſeptimi æneidos

rum:cum dicat egeriæ nemoriq; religatū: Appellatūq; Hippoly tū uolūt ab ἵππος equus & λύω la cero:seu discerpo. Vnde:ex quo. Illud nemus aricina silua. Aditur nullis equis:ex eo qđ equi iuuenem discerpserunt:illud nemus ingredi non possunt:& Virg. Vnde etiā triuiæ templo lucisq; sacratis Cornipedes arcentur & litore circū. Et iuuenē monstris pauidi effudere marinis. Litia dependēt uelā tia:tegētia. Longas sepes:alligabantur tabellæ inscriptæ liciis:& appendebanť sepibus:uota testātes. Sæpem a septēdo dicimus:& plura sunt genera sepimētoꝝ de qbus agit Varro in re rustica.& multa tabellæ:inscripta nominibus seruatoꝝ. Est posita meritæ deæ:dianæ quæ uota exaudiuit. Sæpe sœmina potens uoti:hoc est uoti compos. Redimita frontē coronis:hoc est coronata. Portat faces lucētes ab urbe:portat faces accēsas ex urbe Ariciam cū assecuta eēt:qđ uoto optabat. Regna tenent fortes:regnū appellat poeta:eo qđ sacerdos triule illic rex uocabať:& sicut dicimus aricią nemoralem ita & regē nemorēsem:& regna dianæ dicta. Lucanus in tertio pharsaliæ: Qua sublime nemus:seythicæ qua regna dianæ:& in sexto:Parua myiceneæ quātū sacrata dianæ Distat ab excelsa nemoralia roma:& Suetonius in uita. C. Caligulæ Nemorensi regi qđ multos iam annos potiretur sacerdotio:ualidiorem aduersarium subornauit.sic & naso regna dixerat. Fortes:ergo. Manibus tenent regna:ipsius dianæ. Et fugaces pedibus:ille enim efficiebať rex:q & uiribus corporis:& pedum celeritate præstaret. opus enim erat dimicatiōe:& qui ualidior erat:alterum pellebat. Strabo cum de hoc agit:ita inquit: Est & diane lucus:idest Artemisium:sic enim uocant:e sinistra uiæ regione:ex aricia ad arcinam siluam conscendentibus:quod templum nominant ædificium Tauricæ: Nā barbaricus quidā:scytarūq; circa tēplū mos obtinet. Qui enim uictimæ mactator prius extiterit:Sacerdos instituitur:fugitiuus ḡdā uir:gladiū tenens:& insultus semp circūspectans:ad tutandum strenue est paratus. Templum autem silua circūdat:cui lacus instar pelagi fluctuās adiacet. Circū:circa mōtanū imi net supercilium continenter:unūq; prælatū. Caua inde regio tēplū aquā q excipit. Fontes spectare licet:e qb⁹ lacus expleť. Horū sacra sub cuiusdā dæmonis appellatiōe babent hoc in loco scaturigines obscuræ sunt:& reliqua. Hæc uerba Stra.indicant eum lacum montibus circūdatum:qui est ultra albăm. Vbi est ab uno latere oppidū cynthianū:ab altero nemus:sic.n.alterū oppidū nūc uocāt. His locis aliqñ adolescenti mihi delitiæ fuerant æstiuæ:iam diu ab illis abfui. Verꝝ in eodē tēplo olim hūana uictima imolabať. Sed cū postea ut honoratus inqt romanis sacroꝝ crudelitas displiceret: quāq; serui imolarenť ad laconias ē diana trāslata:ubi sacrificii cōsuetudo adolescētulorꝝ uerberib⁹ fuať:q uocabatur βωμὸς μαστιγίας quia aris superpositi contendebant:qui plura possent uerbera sustinere.

ANT. FAN. ¶Et perit exemplo post mō quisq; suo:Qui cæde aliena Rex Nemorēsis creatus est:cū occurrit fortior aduersarius priuatur & regno & sacerdotio dum interficitur quemadmodū & ipse alium interfecit. Incerto murmure q uix percipitur sensu aurium. Hic riuus fluuit e fonte cuius nympha putatur Egeria. Dea grata camenis:Liuius camœnis eum lucum sacrauit q dearum sibi concilia cum coniuge sue Egeria essent:Plutarchus in Numa:Præterea opus esse camenis locum eum & quæ circum locū prata sunt sacrare quo frequenter ad suum cōgressum ueniant. Hæc Numa ex Egeria audisse apud eundem inquit auctorem. Lege utrunq;.

Et perit exemplo post modo quisq; suo:
Defluit incerto lapidosus murmure riuus
Sæpe sed exiguis haustibus inde bibit:
Egeria ē quæ præbet aquas dea grata camenis
Illa Numæ coniunx consiliumq; fuit:

PAV. MAR. ¶Et quisq;:ex illis regibus nemorensibus. Postmodo poterit suo exemplo:quia ualidior alios opprimit. Defluit per lucum cynthie. Riuus lapidosus:inter lapides fluens. Incerto murmure:quasi tā leui susurro:ut uix auribus percipiatur. Inde:ex eo riuulo. Sæpe bibi sed exiguis haustibus.bibi sæpe:sed parum aquæ hausi. Egeria est quæ prebet aquas:quasi egeria est illius fontis nympha:q aquas fundit. Dea grata camœnis:musis:nam ut Pomp.inquit camœne musæ a carminibus sunt dictæ uel quod canunt antiquorum laudes:uel quod sint castæ mētis præsides:sed poeta egeriam camœnis gratam dixit:q alii putauere eam esse unam ex musis:uel quia locus ille camœnis est consecratus.de quo Iuius inqut. Lucus erat:quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: Quo:quia se persæpe numa sine arbitris:uelut ad congressum deæ inferebat. Camœnis eum lucum sacrauit quod dearum sibi consilia cum coniuge sua egeria essent.& soli fidei solēne instituit. Ad id sacrarium flamines bigis:curru arcuato uehi iussit. Manuq; ad digitos usq; inuolutā rem diuinam facere:significantes fidem tutandam:sedemq; eius etiam in dextris sacratam esse &c. Plutarchus uero ubi de aliis agit:inquit. Annum iam octauum regnante numa morbus pestifer italiam occupans romam inuaserat:mœrentibus cunctis traditur peltam æneam e cœlo delapsam in numæ manus:in eam mirabilia quædam dixisse regem:se ex egeria musisq; audisse:peltam in urbis salutem missam. Oportere eam seruare:aliis.xi.& illius figuram effectis.Præterea opus esse camœnis lucum eum:& quæ circum locum prata sunt sacrare:quo frequenter ad suum congressum ueniant &c. Inde est illud Iuuenalis: Hic ubi nocturnæ numa constituebat amicæ:& paulopost subdit: & eiectis mendicat silua camœnis In uallem egeriæ descendimus.Egeriam uolunt dictam ab egerendo: ex eo quod Pompeius inquit Egeriæ nymphæ sacrificabant prægnantes quod eam putabant facile conceptam aiuum ege-

rere. Illa egeria. Fuit cōiunx numæ:& Cōsiliū:qđ dicebat se habere cū ea cōgressum & consulere de rebus agēdis:ut iam late ostēdimus. Principio nimiū:Numa regno ita potitus ut Titus inqt Vrbē nouā: cōdità ut:& armis:iure:legibusq;tac morib⁹ de integro condere parat:quib⁹ cum iter bella assuescere uideret nō posse qppe efferos militia animos:Mitigādū ferocē populū:armoꝝ dissuetudie ratus:Ianum & infimū argiletū:indicē pacis belliq; fecit:aptus ut in armis.est ciuitatē: Clausus pacatos circa ois populos signaret:& paulopost:ne luxuriarent ocio animi:quos metus hostiū :disciplina q militaris cōtinuerat:oium primū rē ad multitudinē iperitā & illis sæculis rudē:efficacissimā: Deoꝝ metū inīciēdū ratus ē. Qui cū descēdere ad aios sine aliquo cōmēto miraculi:nō posset: simulat sibi cū dea egeria cōgressus &c.qa de aliis iam egimus nō imoremur. Sed de gestis & moriб⁹ eī⁹ sic Alycarnaseus inqt Vñ pauca hæc excerpsim⁹. Plebeios paupes susscepit diuidēs eis ex agro quē Romulus possederat. Et ex publico ptē exiguā. Patriciis priorib⁹ nihil ademit. aduētitiis alios quosdā honores tradidit: Dissidētes cōposuit:dispositio cōgrue populo:duo hæc tractauit:docuitq; populū:gb⁹ ornatā ciuitatē fieri felicē:& magnā putabat cultū diuinoꝝ:qa dii eēnt bonoꝝ oium mortalib⁹ largitores. Deinde iustitiā:p quā data a dīs bona:honestos ferre possessoribus fructus afferebat &c.

Principio nimium promptos ad bella qrites
Mollire placuit iure deumq; metu:
Inde datæ leges ne fortior omnia posset
Cæptaq; sunt pure tradita sacra coli:
Exuritur feritas armisq; potentius æquum est
Et cum ciue pudet conseruisse manus:
Atq; aliquis modo trux uisa iam uertitur ara
Vinaq; dat tepidis farraq; salsa focis:
Ecce deum genitor rutilas per nubila flāmas
Spargit:& effusis æthera siccat aquis:
Non alias missi cecidere frequentius ignes
Rex pauet & uulgi pectora terror habet:
Cui dea nec nimium terrere piabile fulmen
Est ait; & sæui flectitur ira iouis:

ANT. FAN. ¶Principio nimiū promptos ad bella qrites
Mollire placuit iure deūq; metu:Docet quale fuerit Numæ studiū a po.ro.feritas religione mollita ē & ad qetē redacta. Vñ illud ē Horatii:Romulū post hos prius:an qetū pompili regnū memorē:deinde ut ostendat cur Salii ferētes ancylia Mamuriū canāt dicit regnāte Numa largissimas Pluuias cū fulminib⁹ decidisse & suasisse Egeriā Numæ ut fulminum expiationē a Pico & Fauno peteret a qb⁹ iuppiter secreta quadam arte elicitus expiādi fulminis ritum Numā edocuit:eiq; pollicitus est certa se romani iperii pignora traditurū. Vñ cū Numa cōuocato populo rem diuinā ageret breue scutū e cœlo delapsum ē ut diximꝰ supra. Hūc regē cōstat iustitia prudētia & religione excellētissimū fuisse:ac po.ro.traduxisse ad pacē & sacrificia celebrāda cū oēm diuini cultus institutionē in octo ptes distribuisset quarū meminit Dionysius tricurionū.flaminū ducū celeꝝ.augurꝝ.uirginū uestaliū Salioꝝ.collegii fecialiū & pōtificū. Vñ tantæ apud externos populos auctoritatis fuit ut nemo eo regnante Romanis bellū intulerit. Hæc ita uulgata sunt ut referri a nobis supfluū uideat. Inde datæ leges: Sine qb⁹ pax eē nō pōt:q nisi forēt uiolētia sibi oia uendicaret. Armisq; potētius æquū est: Plus q arma æquitas pōt. Sale leges mēbra sunt iuris. Aequitas est qua æquū & bonū dicim⁹:id ē qđ sine lege & cōsuetudine ab oibus pbari solet. Visa iam uertit ara:Mollescit religione q antea ferus & paratus ad uiolētiā fuit. Effusis æthera siccat aquis: Aetherem pro aere posuit:ut illa leue fugiens raptim secat ethera pennis. Hic exonerat atq; siccat dū pluit & terra hymbrē excipit. Cōtra uero fit dū pluuiæ iminent:ut dum sicca teliure licet dū nubila pēdent. Ne nimiū terrere: Imperatiuus modus ē cui aptius ne iungit q nō:ut Ne pete dardaniā frustra theti mergere classem: & ne pueri ne tanta animis assuescite bella. Legimus tamen in pharsalia Lucani: Non qua tellure coacti quodq; procul tectis captæ sedeatis ab urbis cernite. Flectitur ira iouis: Contra Epicuros qui esse deos dicunt sed nihil curare ut auctor est Cicero de natura deorum.

Leges. æquitas

PAV. MAR. ¶Principio:quasi ab initio. Placuit:nume. Moliti:lenīri & mites fieri. Iure:iuris obseruātia. Et metu deū:religione:nā ea demū uera religio ē:cū deū timemus. Inde uolunt deū dictū qđ Δεδς metus sit:& papinius nō ab re dixisse uideť. Prim⁹ in orbe deos fecit timor. Et Pomp. Inqt. Deus dictus:q et nihil desit:uel qa oia cōmoda hominib⁹ dat:siue a græco Δεδς qđ significat metū:eo quod hominibus metus sit:sed magis cōstat id uocabulū ex græco Δεδς eē dictū:aspiratiōe dempta: qui mos antiqs nostris frequēs erat. Numæ ergo placuit iuris obseruātia:& religione renare:& mansuefacere. Quirites:romanos:quāquā qrites a curib⁹ dicti. Nimiū promptos ad bella:bellicosos quos Romulus armis semp exercuerat. Inde:ex eo. Datæ leges:a numa.s.dedit.n.populo leges quas ab egeria accepisse simulabat. Ne firmior:ualidior:& potētior. Posset oia:ne oia potētioris arbitrio administrarēť. Dedit leges qb⁹ iustitiā seruare discerēt. Sacra tradita:qsi cerimōiæ: & rit⁹ sacroꝝ:& deorū cult⁹:quos ipe tradidit. Sūt cœpta coli:& ab ipsis rōanis. Pure: caste. Feritas exuit:cū eēnt pri⁹ ferocesilā ipsā feritatē exuerūt:& iduerūt māsuetudinē. Et æquū ē potēti⁹ armis: qa arma & uires ab eqtate uincuntur. Illudq; dicimus æquū & bonum eē:quod sine lege ac cōsuetudine ab omnibus comprobatur. Spectareque ad ius naturale dicitur:Nam paulus iurisconsultus de iustitia & iure: ius

PAV. MAR.

Inquit pluribus modis dicitur. Vno modo quidem id quod æquum & bonum est dicitur: & est ius naturale. Altero modo: quod omnibus: aut pluribus in quacũq; ciuitate utile est: ut ius ciuile: neq; minus ius recte in ciuitate nr̃a ius honorarium &c. Vulpia. Iuquit. Ius a iustitia dictum. Et ut legem definiamus. Cicero lex inquit est certa ratio e mente diuina manans: quæ recta suadeat: prohibeatq; cõtraria. Et Papinianus ait: lex est cõmune præceptum utrorum prudentium: Demosthenes sic definit lex est cui omnes homines debent obedire. Et Chrysippus: lex est diuinarum & humanarum rerum notitia. Et Modestinus: legis uirtus hæc est imperare: uetare: punire: permittere. Et putet. Iam. Cõ seruisse manus cum ciue: pudet inter se pugnare. non enim: aut pro agris: aut aliis bonis armis decertabant: sed iustitiæ succumbebant. Atq; aliquis modo: pauloante Trux ferus: & crudelis. Vertitur iam uisa ara: qui truces: prius: & expertes religiõis. uertitur iam uisa ara: iam mites redditi: & religiosi: cum primum uiderint aram uertunt se: & sacrificatum eunt. Et dat uina & farra salsa: hoc ẽ molam ex farre & sale mollito. Tepidis focis: aris ubi sit ignis sacrificii. Ecce deũ iam expositio numæ studio dirigit narrationem: ad inquirendam anciliorum narrationem: & inquit eo tempore emissa ab ioue creberrima fulmina: sic & creberrimas fuisse pluuias. Vnde forte exortus est pestifer ille morb: quem ex Plutarcho retulimus. Ecce genitor deum: Iuppiter spargit. Flãmas rutilas: coruscos ignes ideſt ignea & coruscantia fulmina. Per nubila & siccat æthera: aera. A quis effusis: effusione aquarũ bene autem exoneratur: atq; siccatur aer per pluuiarum effusionem. Nondum alias: quasi nũquam hactenus seu ad ea usq; tempora. Cecidere frequẽtius: crebrius. Ignes nisi: fulmina e cœlo missa.

Rex pauet: expauescit numa: & Terror habet pectora uulgi: omnis multitudo exterrita est: & Plut. ea peste mœstos fuisse cunctos ostendit. Cui dea: Egeria territum numam consolatur: monstratq; iouem posse placari: sed id ostẽdit: quo pacto fieri possit: debere a pico: & fauno. docuitq; nympha: qua ratione eos cogeret: & ab ipsis ritum edoceretur. Cui: numæ dea egeria ait. Ne nimium terrere: nõ exterrearis nimium. Fulmen est piabile: quasi causæ uel delicta: quibus iratus est Iuppiter & fulmina emittit possunt sacrificiis expurgari. Et flectitur: mitigatur: seu placatur. Ira iouis seu irati.

ANT. FAN.

¶Sed poterunt ritum faunus picusq; piandi
Traderet: Hi dei per Auentinum montem errare dicebãtur auctore Plutarcho. cum is neq; urbis pars esset neq; habitaretur: quos cæpisse Numam fabulantur cum uinum & mel fonti ex quo bibere consueuerant miscuisset. qui ubi somno excusso quem potus fecerat: uiderunt tenacissimis se uinculis comprehensos edocuisse regem dicuntur fulminum lustrationem. quãuis quidam (ut idem ait Plutarchus) eam lustrationem non a pico & fauno sed a ioue traditam dicant ab iisdem diis arte magica deuocato: qui cum dixisset lustrationem fieri capitibus oportere & Numa subdidisset ceparum: Iuppiter hominum inquit.

Fulmi = num ex piatio.

Sed poterunt ritum picus faunusq; piandi
Tradere: Romani numen utrunq; soli:
Nec sine ui tradent adhibe tu uincula captis
Atq; ita qua possint edidit arte capi:
Lucus Auentino suberat niger ilicis umbra
Quo posses uiso dicere numen ineſt:
In medio gramen: muscoq; adoperta uirenti
Manabat saxo nena perennis aquæ:
Inde fere soli faunus picusq; bibebant
Huc uenit & fonti rex Numa mactat ouẽ:

Rursus uero cum Numa præcepti acerbitatem inuertens interrogaret capillis: respondisse iouem serunt aiatis: & tũc Numã pisciculis menidib⁹ subiecisse. Itaq; diu obfuatũ ẽ ut p cepas cries & mẽides pisciculos fulmia lustrarẽt. Romani numen utrũq; soli: Quia Picus regnauit in Latio Saturni filꝰ & Fauno pater Picus fuit. Vir. Fauno picus pater isq; parentem te Saturne refert. Arte: Dolo: quæ aũt ars siue dolus fuerit sequentia indicant. Numen ineſt: Densæ arbores atq; intactæ necnon & aqua perẽnis Numen esse ibi ostendebant & bene lucum more Virgiliano sacrũ dicit.

Picus.

PAV. MAR.

¶Sed picus & faunus poterit tradere ritum piandi: quo ritu sacrorum mitiges iratum iouem. Vtrũq; numen romani soli: quasi uterq; deus latium tuetur: nam latii fuere reges. Picus enim Saturni filius: quem in picum auem materiam circes uenefício uersum dicunt: unde & Virgi. facit auem circe sparsitq; coloribus alas. Sed latini eum pro deo coluerunt: unde est illud Plutarchi quod latini eum p cæteris colant. At aues eius nominis Picos martios uocat Pli. cognomine insignes: & in auspiciis magnos: & postea subdit ipse principales latio sunt in augurtis: a rege: qui huic aui nomen dedit. Faunus: non intelligas de pane: aut uino: qui & faunus dicitur: arcadum numine: de quo superius egim⁹ Sed de huius pici filio: patre latini. de quo Lactantius. Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarum relligionum fuit: sic ante Pompilium. Faunus in latio: qui & Saturno auone faria sacra cõstituit: & picum patrem inter deos honorauit: & sororem suam faunam: eandemq; coniugem consecrauit. Et de his intellexit Cice. cum inquit in libris de diuina: tione. Sæpe etiam in præliis auditi fauni & in reb⁹ turbidis uerſdicæ uoces ex occulto misse eẽ dñr: & Var. ait Fauni dei latinorum ita ut Faunus & fauna sint in uersibus: quos uocant Saturnios: in siluestribus locis traditum est solitos fari. quo fando faunos dictos: & Honoratus quoque ostendit faunum & faunam dictos a uaticinando ideſt fando. Nec tradent: ipsi non docebunt te placare iouem. Sine ui: nisi uiribus cogas. Adhibe tua uincula captis: quasi cũ eos occupaueris alliges tuis uinculis: uel cũ iueneris dormientes: capias: & alliges. Atq; ita edidit: dixit & docuit numam egeria. Qua arte: quo dolo quibus insidiis. Possent capi apprehendi appositio: scilicet uino in eo loco: quo illi potare consueuerant. Lucus auentino: Topographia est. Erat in auẽtino colle silua aquæ solo aspectu ineſe aliquid numinis indicabat. locusq; erat herbidus: unde & a qua scatebat. de qua picus & faunus haurire consueuerant ibi oue mactata dispositisq; circa poculis numa in insidiis latuit. Suberat auentino lucus: erat silua sub auentino mõte. Niger: obscurus. Vmbra illicis: quod erãt ibi densæ umbrosæ illices: uerũ alio loco legimus fuisse in auentino siluam lauriferam. Sed quare auentinus dictus dicemus in quarto. Quo: luco. Viso: inspecto. Posses dicere ineſt numen: quia indicabat alicui numini esse sacrum: ob umbram: & horrorem: quem incutiebat: ut de luco massilienſi apud lucanum arboribus suus horror ineſt. In medio gramen: erat gramineus seu herbidus in medio locus. Et uena aquæ perennis: perpetuo fluentis.

Adoperta: tecta. Muscos: illa tenui herba quæ nascitur circa aquas. Nitenti: uiridi aut nitẽti aquæ aspergine. Manabat e saxo: scaturiebat e rupe. Inde: ex ea aqua. Soli fere: quasi soli ipsi. Faunus: & Picus bibebant: quia raro alii illuc penetrabant. Rex numa uenit huc: ad hunc fontem. Et mactat ouem fonti. immolat ouem.

Plenaq; odorati disponit pocula Bacchi
Cunq; suis antro conditus ipse latet:
Ad solitos ueniunt siluestria numina fontes
Et releuant multo pectora sicca mero:
Vina ges segtur: gelido numa ꝓdit ab antro
Vinclaq; sopitas addit in arcta manus:
Somnus ut abscessit pugnãdo uincula tẽtant
Rumpere: pugnantes fortius illa tenent:
Tũc numa dii nemoꝝ nostris ignoscite factis
Si scelus ingenio scitis abesse meo:
Quoq; modo possit fulmen monstrate piari
Sic numa: sic quatiens cornua faunus ait:
Magna petis: nec q̃ monitu tibi dicere nostro
Fas sit: habent fines numina nostra suos:
Dii sumus agrestes & q dominamur in altis
Montibus: arbitrium est in sua tecta iouis:
Hunc tu non poteris per te deducere cœlo
Sed poteris nostra forsitan usus ope:
Dixerat hæc faunus: par est sententia pici
De me tamen nobis uincula picus ait:
Iuppiter huc ueniet summa perduct⁹ ab arce

¶Odorati: Odori. nam odoratũ est proprie ut diximus quod aliũde odorem accipit. Gelido numa prodit ab antro: Vbi eum intelligimus latuisse Egeriæ cõsilio ne a Pico & Fauno ad fontem uenientibus cerneretur. Si sceIus ingenio scitis abesse meo: Affirmantis est si coniunctio hoc loco non dubitantis. Magna petis: Quia i potestate iouis fulmina sũt ius autem deorum agrestiũ agri nemora mõtesq; præscribunt. Dixerat hec Faunus par est sentẽtia pici: Si Fauno Picus pater est: cur Faunus prior respondit? cur non cessit parenti? dicemus ne ingeniosum poetam hoc loco dormitare? at qui fandi arbitrium iure Fauno tribuitur cui quidem a fando nomen inditum putant cũ picũ uersum i auẽ Martiã fabulẽt?

ANT. FAN. odoratũ

¶Et disponit pocula plena: crateres: seu calices plenos. Bacchi odorati: uini: quod quo odoratius eo melius. Et usus est denominatione: quæ est cum ponimus inuentorem pro re inuenta: & Conditus: absconditus. Latet cũ suis antro: abscondit se & comites: in insidiis dispositos: ne absterreret deos a gustu uini: & ebrios: & dormientes apprehenderet. Ad solitos uentũ: uenere ad fõtem dii: & exhausto uino quieti se dedere: quos egrediens ex insidiis numa occupat: & laqueis manus alligat.

PAV. MAR.

Numina siluestria: picus & faunus siluarum præsides. Veniunt ad solitos fontes: quo sæpe uenire consueuerant. Et releuant pectora sicca: propter sitim. releuant ergo a siti. Multo mero: quia multum hauserunt. Quies: somnus.

Sequitur uina: nam post epotum uinum somnus ocellos oppressit. Nume prodit: exit. Ab antro gelido: ubi insidiis delituerat: &. Addit manus sopitas: deorum sopitorum. In arcta uincula: nã manus utriusq; laqueis alligauit. Somnus: experrecti a somno dii: quo magis tentabant uincula rumpere: eo magis implicabantur. Vt: postq̃. Abscessit: somnus. Pugnant: contendunt: & conantur picus & faunus tentando & experiendo. Rumpe uincula: laqueos: quibus erant deuicti. Illa tenent fortius: ualidius. Pugnantes: dissoluere: aut frangere conantes: & est trãslatio ab auibus: captis in retibus: aut uisco. nam fugere conantes fortius tenentur: & magis implicantur. Tunc numa: petit ab his uenia numa: cũ qd fecit: nõ scelere fecerit. Oratq; ut ostendant quo pacto iouem placare posset.

Tunc numa ait. Dii nemorũ: qui nemora incolitis: & quorum præsides estis. Ignoscite nostris factis: date ueniam: & benigno animo ferte quod fecimus. Si scitis: pro quia scitis. Abesse scelus ingenio meo: quasi me non fecisse hoc ulla impietate. Decepi uos quidem ingenio: sed ob scelus abest.

Et monstrate quomodo: quo ritu: quo sacrificio. Possit piari fulmen: possit placari Iuppiter: qui fulmina emittit: uel expurgari causa: qua fulmina emittuntur. Sic ait numa: sic faunus numæ respondens. Quatiens cornua: quia bicornis fingitur. Magna petis: hæc fuere uerba fauni: petis quod præstare non possumus: nam agrorum & montium dii: non habemus in cœlo ius: quod solius est iouis: quem e cœlo euocare per te non potes. poteris tamen si a nobis docebere. Petis: tu numa

Magna quæ nec sit tibi fas non liceat tibi. Discere nostro monitu: nostra instructione: & addit huic rei rationem. Numina nostra habent suos fines: quasi quia licet dii simus, præfinita tamen est nobis potestas. & uelut circũscripta in agris & in montibus: quæ a nobis petis: opus est ut Iuppiter e cœlo ueniens: te doceat: cuius sunt ipsa fulmina. Suum ergo ẽ tradere expiationem: & non nostrum. Dii sumus agrestes: qui agris præsumus: aut sumus dii rustici ατροτηό. n. rusticus est. Et qui dominamur in altis montibus: quia ius & dominium habemus in montibus: & in nemoribus. Iouis est arbitrium in sua tecta: ipse Iuppiter in cœlo dominatur. Tu non poteris deducere hunc cœlo non poteris elicere: & euocare ad te e cœlo iouem. Per te: tua ope. At forsitan poteris deducere scilicet. Visus nostra ope: nostro cõsilio & auxilio. Dixerat: hæc uerba. Faunus par sententia est pici: quia affirmauit: quæ faunus dixerat. Tamen ait picus deme nobis uincula: dissolue laqueos: & a uobis remoue. Iuppiter ueniat huc: quasi cum dempseris uincula: docebimus te: quo pacto iouem elicias & huc uenset. Perductus ab arce summa ab æthere summo.

ANT. FAN. ¶Nubila promissi styx mihi testis erit: Iurat per Stygiam paludem. Notum est cur dii per eam iurare ac fallere timeant. Est autem Nubila adiectiuũ nomen atrũ significans. Hinc Vir. ait: Sub pedibus styx atra uidet manesq; profundi. Elicium uocant: Ab elicẽdo ut Varroni placet. Vel q; cœlo elicitus deuocatusq; fuerit a quo uerbo elecebre argentariæ meretrices dictæ sunt quod argentum eliciãt uel quod ad eliciendum ex diuinis mentibus quæ prodigia fulminibus aliaue ratione missa susciperentur: atq; curarẽtur ei Numa i Auẽtino aram dicauit. De quo inquit Plinius: Ictos fulmine lucos & aras: & sacra habemus interq; statores ac tonantes & feretrios Elicium quoq; accæpimus Iouem. Sciendum in Numæ libris scriptum fuisse quo sacrificio Iuppiter cœlo elici posset. Vnde Tullus hostilius ut. L. Piso in primo annalium scripsit eodem sacrificio Iouem cœlo deuocare conatus: quonsam parum rite quædam fæcisset fulmine ictus est. Et re uera dæmones putantur aliquando ut ueniant necessitate compelli: qui nocere interdum consueuerunt: quod in patria mea quidam expertus est ædibus ubi is erat eiusmodi deos inuocans fallentibus terremotu: quem scimus pallidiorum buxo reddítũ humanis rebus postea excessisse: Illud quoq; omittendum non est quod existimant quidam Elicium Iouem quasi ilicium dictum cum scribat Plutarchus Iouem posteaq̃ ileos: id est propitius numẽ factus est abiisse & locum eam ob rem ilicium appellatum. Sane ab elicio uerbo maiores nostri aquelicium dixerunt: cum aqua pluuial quibusdam remediis eliciebatur ut manali lapide in urbẽ ducto. De Ioue Elicio Liuli hæc uerba sunt: Pontificem deinde Numa Martium Marci filium ex patribus legit: eiq; sacra omnia excripta exigna que attribuit quibus hostiis quibus diebus ad quæ templa sacra fierent atq; unde in eos sumptus pecunia erogaret: cæteraq; oia publica priuataq; sacra põtificis scitis subiecit: ut esset quo cõsultũ plebs ueniret ne quid diuini iuris negligendo patrios ritus peregrinosq; ascisendo turbaretur. Nec cæles tes modo cerimonias: sed iusta quoq; funebria placandosq; manes ut idem pontifex edoceret: quæq; prodigia fulminibus alioue quouis modo missa susciperentur atq; curaretur ad ea eliciẽda e mẽtib⁹ diuinis Iouí Elicio aram in Auentino dicauit deumq; cõsuluit agurijsq; quæ susciptenda essent.

Elicius Iuppiter

Illicius Iuppiter Aqueli-cium.

PAV. MAR. ¶Nubila styx: palus inferni: per quam dii iurant. Erit mihi testis promissi: quasi iuro per stygem Iouem huc affuturum στῦξ tristiciam significat: a στύτω quod est tristiciam infero. filia credita ẽ uictoriæ quæ deos contra gigantes iuit. unde datum est illi: ut nullus per eam deus peieraret: sed de ea plura alias. Emissi laqueis: soluti & liberati e uinculis. Nefas scire homini quid agant: non licet homini scire: quid faunus: & picus soluti dixerint: quidue fecerint ad deducendum e cœlo Iouem.

Nubila promissi styx mihi testis erit:
Emissi quid agãt laqueis quæ carmina dicant
Quaq; trahãt superis sedibus arte iouem
Scire nefas homini nobis concessa canẽtur
Quæq; pio dici uatis ab ore licet:
Eliciunt cœlo te iupiter unde minores
Nunc quoq; te celebrant elliciumque uocãt

Quæ carmina dicant: quasi quibus carminibus: seu incantationibus utantur. Et Virgilius Carmina de cœlo possunt deducere lunam. Et qua arte trahant: abstrahant quibus precibus. Iouem e superis sedibus: e cœlo. hæc omnia sunt: quæ homini scire non licet. Nouis concessa canentur: dicem⁹ ea quæ concessa sunt poetis scire & referre: &. Quæ licet dici ab ore pio uatis: dicemus quæ dici possunt a uate salua pietate. Eliciunt: faunus & picus precibus deducunt e cœlo Iouem. unde ab eliciendo Elicius Iuppiter dictus est. Sed ut rem altius repetamus: Post multa sacrorum institutа: Pontificẽ deinde: ut Titus iquit Numa Martium marci filium ex patribus legit. Eiq; sacra omnia excripta: exignaq; attribuit: quibus hostiis: quibus diebus: ad quæ templa sacra fierent. Atq; unde in eos sumpt⁹ pecunia erogaretur. Ceteraq; omnia publica: priuataq; sacra: pontificis scitis subiecit: ut esset: quo cõsultum plebs uẽiret. nequid diuini iuris negligendo patrios ritus: peregrinosq; ascisendo turbaretur Nec cœlestes modo cerimonias: sed iusta quoq; funebri: placandosq; manes ut idem pontifex edoceret. Quæq; prodigia fulminibus: alioue quouismodo susciperentur: atq; curarentur. Ad ea eliciendа: & mentibus diuinis Iouí Elicio aram in Auentino dicauit. Deumq; consuluit augurijsq; quæ susciptenda essent. Ad hæc consultanda: procurãdaq; multitudini omni: a ui & armis cõuersa & animi

aliquid agendo occupati erãt: & deoq; assidua isidens cura. itereſſe rebus humanis cœleſte numẽ uideret. Ea pietate oĩum pectora imbuerat: ut fides ac iusiurãdum: pximo legum: ac pœnaq; metu ci uitatem regerẽt: & reliqua. Ex eo igitur qđ deum cõsuluit: qđ aram posuit: quod ita oia bene istituit putaſ iouem e cœlo elicuisse. Verum & potestatem eẽ hoibus dicunt cogendoq; talium demonum inuocatoq; ad respondendum. Porphirius enim: ut ab Eusebio aliquid mutuemur. Recte iquit a Pythagora dictum est nõ sponte iuocatos deos: sed necessitate quadam impulsos accedere quãuis alios maiore: alios minori impelli necessitate nõ ignoremus. Nonnulli aũt quadam secrẽdi cõsuetudie & maxime si natura boni sunt: facilius accedunt. Nonnulli cum iuocati aduenerint: nocere conent. Præsertim si negligentius quispiam in ea re se habuerit. Hæc enim oia uera esse: ac necessitate oẽs inuocatos uenire: a responsis eoq; discere possumus: nõ aũt simpliciter dicta necessitate: sed psuasiõe quadam perfusa cognt. Exorata tuis ueni sermonibus istuc. Mortales quos cõsilio iuenere deorũ. Et in alio multo clarius. De cœlis hecate cur huc compulsa uenire es. Et paulo post respõdet. Victa homiuũ pcibus cœlestia numina terrã cogunt petere: & casus aperire futuros. Apollo quoq; iquit cogi se hoc respõso declarauit. Carminib⁹ domitis phœbus fulgor ab alto De fluxit tacitus: purũq; per area uectus: affiatu ipirans: labensq; in corda sonoro. Et subiit mẽtem inocuam: sanctiq; capacẽ Numinis: & peperit mortali ex gutture uocem. Sed hæc hactenꝰ. O Iuppiter eliciunt te cœlo: faunus & picus eliciũt te: & deducũt e cœlo i terras. Vnde: ex quo. Minores: posteriores: aut homines nostræ ætatis quos uernacula lingua modernos uocãt & i tristibus Vtq; ego maiores: sic me coluer minores & loquẽ de hoibus sui tpis. Nũc quoq; hoc ẽt tpe. Celebrãt: colunt sub hoc cognomine Et uocãt elici um: elicius Iuppiter dictus ẽ ab elicẽdo: uel quod ara est ei consecrata in auentino ad elicienda consilia q̃bus manes placarent: & prodigia fulminibus facta purgarentur.

Constat auentinæ tremuisse cacumina siluæ
Terraq; subsedit pondere pressa iouis:
Corda micant regis totoq; e corpore sanguis
Fugit & hirsutæ diriguere comæ:
Vtq; animus rediit da certa piamina dixit
Fulminis altorum rexq; paterq; deum:
Si tua contigimus manibus donaria puris
Hoc quoq; quod petitur si pia lingua rogat
Annuit oranti sed uerum ambage remota
Abdidit & dubio terruit ore uirum
Cæde caput dixit: cui rex parebimus inquit
Cædenda est hortis eruta cepa meis:
Addidit hoc hominis: sumes ait ille capillos
Postulat hic animam cui Numa piscis ait:
Risit: & his inquit facito mea tela procures

¶Tremuisse: aduentu Iouis cum tãti numinis ponderi terra cæderet: q; solo quoq; nutu olympum siue cœlũ cõcutit. Corda micant regis: mouent saliunt timente Numa. Vnde auctor subiungit: Totoq; e corpe sanguis fugit. Da certa piamina dixit fulminis: dic quarõne fulmia missa lustrari siue expiari ualeãt ANT. FAN.

Sin tua contigimus manibus donaria puris Hoc quoq; qđ petitur si pia lingua rogat: Donaria ꝓprie nõ sunt templa sed abusiue ꝓ templis sæpe ponunt: ut Vris imparib⁹ ductos alta ad donaria curr us. Proprie uero loca sunt ubi deoq; dona reponunt: quæ dona a Macrobio ẽt donaria uocant q̃ ait ornamẽta esse clipeos coronas & huiusce modi donaria: nec donaria dedicari eo die quo delubra sacrant. Verumq; ambage remota abdidit Sine ullo uerboq; circuitu uerũ paucis edidit sed occulte. At enim cæde caput non exprimens cuius nisi postq̃ Numa subiunxit fore ut cæpam cæderet. Sumes ait ille capillos: seruat decorum psonæ ab omni crudelitate abhorrentis: itaq; ꝓ capite hominis capillos se datuꝝ ꝓmittit. Postulat hic aiam: petiit Iuppiter animato fulmina ꝓcurari. Vnde Numa subiecit ea se piscículis menidibus lustratuꝝ. Risit deus & cõcedẽs regi quicqd uoluerat: iussit cæpa capillis & menidibus fulmina expiari.

¶Constat: descẽdit e cœlo Iuppiter: quo q̃dem aduẽiente: tremuit auentinus mons ut de aduentu hecates apud Virg. Sub pedibus mugire solũ: & iuga cœpta moueri siluaq; uisæq; canes ululare per umbrã aduẽtante dea. Constat manifestũ ẽ. Tremuisse cacumina: sũmitate. Siluæ auẽtinæ: q̃ in auentino erat: nam tremẽtibus iugis tremuit & silua. Et terra pssa põdere iouis: qui iam e cœlo descenderat. Subsedit: subsidere uisa ẽ: cũ uix sustinere posset tanti numinis maiestatẽ. Corda micãt nõ poterat humanitas tantã ferre diuinitatẽ: ideo. Micãt: hoc tremuit. Corda regis: numæ ob metum: q̃ in corda est. Et sanguis fugit toto corpe: ex oibus corpis ptibus. nam aut cordi deficiẽti succurrens extremas ptes reliqt: aut intus metu cõcreuit. Et comæ hirsutæ: hirtæ: & erectæ. Dirigue re: pter cedẽtem sanguinem cuti cõtractа: ide rigent hirsuti crines: ut in primo quoq; libro dixius. PAV. MAR.

Vt redit: petiit hoc ab ioue numa ubi i se redit: ut doceat expiari fulmina. Si sua pietate meretur. Vt: posq̃. Redit animus: q̃si ubi i se reuersus ẽ: nec exterreat te syllaba: qm̃ in scopã illud redit ultimo loco longum est: ut sæpe i similibus utiꝰ poeta. Veluti i meta. Nõ adiit ad te: nec legit idonea credo tpa: &c. Dixit: numa o. Rex: & pater deum altoq; deoq; cœlestium. Da certa piamina fulminis: doce me quo sacrificio possim te placare: ne mittas fulmina. Si contigimus tua donaria: aras tuas. Manib⁹ puris: castis q̃si Da hoc si pies: & caste solit⁹ sum ubi sacrificare. Donaria: aras seu tẽ

pla:nam ut armarium dicit:ubi arma reponunt:sic donariū ubi dona offerēt:aut recōdūt. Stpla lingua rogat:rogādo petit. Hoc quoq; qđ petit:q̄si si i his petēdis plus uideor da mihi expiationem:

Annuit:affirmauit nutu iuppiter:aut nutu affirmationis signū numæ dedit. Oranti. Sed addit: inuoluit. Regi remota ambage:sine ulla obscura circuitione uerboꝝ:breuibus docet. Sed dubie uerum ptulit:&. Terruit uirū:numā. Ore dubio:hoc est ambiguis uerbis. Dixit iuppiter. Cade: incide & macta. Caput:sed qđ caput nō explicuit. Cui:ioui. Rex:numa. Inqt parebimus obediemus. Cæpa est:cedēda icidenda. Eruta hortis meis hoc est icidam t bi cæpā:q̄ eruam:seu euellā ex hortis meis. Addidit hic hominis:q̄si subūxit iuppiter mactato capite hois:nō cæpā. Ast ille: numa respōdit. Sumes capillos:accipies qđ capitis dminutiuū est hoc est capillū:nā a capite capillos dicimus. Hic:iuppiter. Postulat aiam:q̄si nō cæpam:nō capillos:sed animatum corp⁹: da igit mihi uiuētem aiam. Cui numa ait piscis:mactabo tibi piscem & piscis aiam tibi dabo. Et in his numæ lenitas cognoscit:cum nō sit secutus barbaroꝝ morēq; humana uictima putabāt deos placere. Non.n.uoluit ipse mactare hoies abhorrens ab omni qđē barbarica feritate. Risit:iuppiter &. Inquit:facito. Procures mea tela:curā habeas:& sic expiabis: seu expurgabis mea fulmina. His reb⁹ .l.cæpa:capillis:pisce. Sic modū expiādi fulminis tradidit:cæsa cæpa:icisis capillis:& mactato pisce.

ANT. FAN. ¶O uir colloquio nō abigēde meo:qui secundū mentē operat & eam colit:& optie dispositus est amicissimus diis ē q̄ optimo & cognitissimo gaudere exstimant:ut scribit Aristoteles atq; ut ait Plutar.nō equos non aues amāt sed hoies:nec aspernant boni uiri sapiētisq; cōgressum. Sic aūt dictū est nō abigēde ut illud munera nec sperno. Cynthi⁹: apollo cuius soror ēt cynthia dicit a cyntho qui mons est Deli. Imperii pignora certa: ancyle dicit qđ e cœlo ad urbis salutem missum ferunt. Difficilisq; fides:qa nō facile credi potest iouem mortali cōgressum. Tarda uidētur:nimio desiderio uidendi q̄ Numa p̄dixerat. Prodidit & in solio &c. Regnāte numa nō erat in urbe sella curulis quā Hostilius rex primus romā curauit iferri. Sedit itaq; rex in solio qđ erat ex acere quā arborē operū elegantia ac subtilitate citro secūdā Ply.scri.

PAV. MAR. ¶O uir nō abigēde:nō repellēde:sed admittende. Colloquio deū: magna hæc numæ cōmēdatio a sanctitate & pietate:qbus dign⁹ sic deoꝝ alloqo ipsius iouis cēsura frui. Sed tibi:iam ad ancilioꝝ cām descendit: quia ab ioue primū ancile traditū. Nunc.n. iuppiter pollicet se datuꝝ certa ipertī pignora. Sed cū cynthius crastin⁹:sol die crastini cynthi⁹ phœbus dicit:a cyntho monte deli. Protulerit:ostēderit. Totum orbē:totā rotūditatem. Hoc ē cū sol crastinus totus erit ortus. Dabo certa pignora imperii:dabo certam fidem mansuri imperii romani. Dedit.n.peltā quæ quādiu seruata ē seruatū est ipertū incolume. Dixit:ita loquutus est iuppiter:&. Pert ingēti tonitru sicut mos ē: & natura ipsius illi enim tonitrua:& fulmina signāt. Super æthera motū:cōcussum redeunte ipso:& Destituit:dereliquit. Numam adorātem:histeron proteron:nam prius destituit numā:inde i cœlum rediit cum magno tonitru. Ille redit:ex silua auentina in regiam numa redit. Lætus:qa iouē alloquutus:&. Memorat acta quiritibus refert quæ fecerit:quæ ue audiuerit populo in cōcionem uocato. Tarda & difficilis fides uenit dictis:tarde:& cū difficultate adhibebāt fides uerbis eius. Nō enim poterāt illi hoc sibi persuadere mortalem hominē iouem esse allocutum: ea quoq; pignora polliceretem. At certe:illi erāt duriores ad ea credenda:dicebāt se fidem adhibituros:cum res ipsa effectu comprobaret. Numa uero refert uerba iouis:quod die crastini sit uera daturus pignora. Ait numa. At certe credemus:quasi ita dictis at fidē adhibebimus. Si exitus sequet uerba:si uerba ipa sortient effectum:aliter credere nō uultis. Quisquis ades en audi crastina:aduerte:q̄ futura sunt die crastini. Cum cynthius:sol. Protulerit terris totum orbē: cū sol crastinus erit ortus:& utiq; more legatoꝝ:cū eadem oia fere uerba referat:quæ ab ioue acceperat. Paucis tm̄ imutatis. Iuppiter dabit certa pignora ipertī:pignora stabilis & mansuri ipertī. Discedūt:discessit populus:dubiusq; usq; in sequētem diem:& cum primū illuxit sequēti die. Cōuenit ante regiā populus exit deinde rex:& medio loco cōsedit. Discedūt dubii:ciues q illud futuꝝ nō arbitrabant:&. Promissa uident tarda

O uir colloquio non abigende deum:
Sed tibi protulerit cum totos crastinus orbes
Cynthius imperii pignora certa dabo:
Dixit:& ingenti tonitru super æthera notum
Fertur adorantem destituitq; Numam:
Ille redit lætus memoratq; quiritibus aucta
Tarda uenit dictis difficilisq; fides:
At certe credamus :ait si uerba sequatur
Exitus;en audi crastina quisquis ades:
Protulerit terris cum totum cynthius orbem
Iupiter imperii pignora certa dabit:
Discedunt dubii promissaq; tarda uidentur
Dependetq; fides adueniente die:
Mollis erat tellus rorata mane pruina
Ante sui populus limina regis adest:
Prodit & in solio medius consedit acerno
Innumeri circa stantq; silentq; uiri:
Ortus erat summo tātūmodo margine phœbus
Solicitæ mentes speq; metuq; pauent.

nam quod cupidius expectabatur:tardius affuturū existimabāt. Et fides dependet:dubia ē. Adueniente die:ēt ubi illuxit dubii erāt:cum fides effectum nō sortiret. Nam fides cū dicatur ex fieri: & dico:quādoqdem fit id quod dicit:Cumq; adhuc nō fieret:dubia erat fides. Tellus erat mollis: & ob id mollis qa. Rorata:aspersa. Pruina rore cœlesti. Verum pruina est uehemētioris frigoris: dictaq; pruia:a perurendo:q̄ perurat frondes tenella folia. Mane:iam exorta aurora. Populus adest ante limina:ante fores regis. Sui regis:numæ ut apud Vir.ad limina primi penoꝝ expectāt.

Prodit:exit e regia numa:&. Cōsedit medi⁹:medio loco. In solio acerno:nō eburna nō aurea nō argētea:sella sed solio ex acere facto. Innumeri uiri stant circa & silēt:sedēte rege turba stabat:expectāt uerba regis. Ortus erat iam illuxerat:& sol exoriri cæpit dubiæ anxietatis erāt oium mētes numa tecto capite pcatus est iouem:ut pmissa seruaret. Ortus erat phoebus sol. Tantūmodo summo margine:summa extremitate:qa tantum supior extremitas solis uidebāt. Mentes eoꝝ.s. qui illic cum rege erāt. Sollicitæ anxiæ. Pauent:expaueſcūt & spe. Et metu:ut est illud Virgi. Spem metumq; inter spe futuri boni:metu alicuius incommodi.

Constitit atq; caput niueo uelatus amictu
Iam bene diis notas sustulit ille manus
Atq; ita tempus adest promissi muneris inqt
Pollicitam dictis iupiter a dde fidem:
Dum loquitur totum iam sol emouerat orbē
Et grauis æthereo uenit ab axe fragor:
Ter tonuit sine nube deus:tria fulmina misit
Credite dicenti mira:sed apta loquor:
Amedia cælum regione dehiscere cæpit
Summisere oculos cum duce turba suos
Ecce leui scutum uersatum leniter arua
Decidit:a populo :clamor ad astra uenit
Tollit humo munus cæsa prius ille iuuenca
Quæ dederat nulli colla premenda iugo
Atq; ancyle uocat q̄ ab omni parte recisū est

ANT. FAN. ¶Caput uineo uelatus amictu: more sacerdotum cuius qdē autorem æneam apud nos fuisse arbitrant. Sed de hoc alibi lege Plutarchum in q̄stionibus. Ter tonuit sine nube deus:ominosa iquit fuisse tonitrua Vir. Nō alias cælo ceciderūt plura sereno fulgura.

Mira sed acta loquar:reddit auditorē attentum. Acta aūt dicit uera & nō ficta. A media cælū regione dehiscere cæpit. Cælī summitas hiare uisa est. Eius læuam partē nōnulli ortum faciūt dextrā occasum. Versatum leniter:quod repēte nō cecidit. Vel ne uiolaretur exceptū a terra:uel ut pateret missum cōmodo ac beneficio regis & romanorum.

Ancyle unde dictum

Atq; ancyle uocāt qđ ab omni pte recisum est:p̄ lacet qdem Festo scutū cæleste ancyle nominatū eē qđ ex utroq; latere recisum eēt ut summū infimūq; ei⁹ latus medio pateret. Quod si uerū est:ab an quod ē circū:& cædo dictū putabim⁹. Alii tñ ut Iobas cui⁹ Plutarchus meminit cupientes id nomē a greco deducere a cubito q̄ ascon dicit ancyle dictum existimāt qđ eiusmodi scuta solerent ad cubitū circūferri. Alii a remedio qđ acisis dicit quod inflexum & tortum significat. Vnde Saturnus ascylomitis cognomine dictus est. Alii aliter. Lege Plutarchum in Numa. Ouidio placet ancyle latinū esse uocabulum:quod fuit scuti cuneati specie arctiora habentis latera. Eius forma ante apud italos usa nō fuerat.

PAV. MAR. ¶Est facta dea: ipsa Ariadne est in cœlum relata. Theseo crimine: pfidia thesei. qui eã in dia reliquit. Iam bene mutarat Bacchũ piuro cõiuge: Iam bene uirũ cõmutauerat: nã p homine deum: pro periuro & perfido fidelẽ acceperat: Quæ ariadne. Quæ dedit fila regẽda uiro ingrato: allusit illud Virgilianũ: Ceca regens filo uestigia. nã ariadne dederat filũ theseo: quo sciret e labyrintho regredi & in heroidibus. Cum tibi ne uictus tecto morerere recuruo: Quæ regerent passus p duce fila dedi: Et paulo post: Nec tibi quæ reditus monstrarent fila dedissem: Fila per adductas sæpe recepta manus. At ille ñ rettulit beneficii gratiã. Sorte tori: gaudens: iam cum gauderet thalami. seu cõiugii fortuna. Dixit qd flebam rustica: quid flere debebam me ab illo relictam. Ille: theseus fuit nobis perfidus: periurus proditor. Vtiliter: quasi sua perfidia fuit nobis utilitas: quia deo nupsimus. Interea liber: posteaquã ariadne Baccho nupserat. Ad indicam expeditionem Bacchus pfectus est. Cũq; uictor rediret ducens secum indorum regis filiam: Verẽs ariadne: ne illius amore a Baccho relinqueret: Cœpit miserabiliter queri: non secus ac fecerat cum a theseo relicta est. Interea: dum se fœlicem tanto coniuge Ariadne existimabat. Liber: bacchus. Vincit indos: & hoc quoq; tetigimus in primo libro: quia triẽnio totam indiam domuit: perque omnem urbem exercitum circũduxit: & plura reliquit trophea: statua quæ suarum expeditionem testes. Depexis crinib⁹ sicut est eorum mos: pectere & enutrire comas & barbam: Et redit dives: quasi cum ingenti præda ab orbe eoo: ab oriente. Filia regis: indorum scilicet. Præstanti facie: quæ præstabat ceteris forma
Inter puellas captiuas: quæ captiuæ ex india ducebantur. Erat nimis grata bacho: mirũ in modũ placebat. Amans cõiunx: Ariadne. Flebat: cũ audisset illũ illã ducere & gratã esse. Spaciata q; littore curuo: cũ spatiaret̃: hoc est cũ deambularet per littus sinuosum. ut est illud in arte. An tu modo pompeia lætus spatiare sub umbra. Edidit talia uerba: ita loquuta est. Comis incultis. crinibus non ornatis: sed solutis. En iterum fluctus: querela ariadnes: q; adducta esset ei pellex a Baccho. Querebat̃ primum de theseo: nunc similis causa data ẽ fletui profunditur in quæstus & lachrymas: & undiq; mouet cõmiserationem. O fluctus: o marinæ undæ.

¶Similes audite querelas: Quales audierant fluctus cum Ariadne de Theseo quereretur. Nomine mutato: Thesei in bacchum. In desertis morituram liber arenis seruabas: Chii insulæ: uel naxiarenas dicit secundum Senecam. morituras autem principium aptitudinem hic non actum significat. Potuit dedoluisse semel. Potuit ubi me Theseus reliquerat morte dolorẽ deponere. Theseа culpabas: Quia carere debet omni uicio qui in alium paratus est dicere. Nesciat hoc quisquã: Ne mea culpa bis derelicta uel decepta uidear. ANT. FAN.

En iterũ fluctus símiles audite querelas
En iterũ lachrymas accipe arena meas:
Dícebã memíni periure & perfide Theseu
Ille abíit: eadẽ crímina Bacchus habet:
Nũc quoq; nulla uiro clamabo fœmia credat
Nomine mutato causa relata mea est:
O utinã mea fors quo primũ cæperat ísset
Iãq; in præsenti tẽpore nulla forẽ:
Quíd me ín desertis moriturã liber harenís
Seruabas: potui dedoluisse semel:
Bacche leuís leuiorq; tuis quæ tẽpora cíngũt
Frõdib⁹; í lachrymas cognite Bacche meas:
Ausus es ante oculos adducta pellice nostros
Tã bene cõpositũ sollicitare thorũ:
Heu ubí pacta fides: ubí quæ iurare solebas
Me miserã quotiens hæc ego uerba loquor:
Thesea culpabas fallentẽq; ipse uocabas
Iudício peccas turpius íple tuo:
Ne sciat hoc quisq; tacitísq; doloribus utar
Ne totiens fallí digna fuísse puter:

¶En iterum audite similes querelas: quales audistis prius: cũ a Cæsare esse; relicta. En iteq; o arena accipe meas lachrymas: sic tũc acceperas. Dicebã tunc cũ me ille pfid⁹ reliqsset. Memini: me. s. sic dixisse. O theseu periure & pfide: appellabã illũ piurũ: & fidei uiolatorẽ. Ille abiit: discessit a me: nec reuocatus rediit. Bacchus h; eadẽ crimina fidei. s. uiolatæ: ga adducit pellicẽ. Nũc quoq; clamabo nulla fœmina credat uiro: nunc ẽt illud cũ clamore dicã: nõ eẽ a puellis adhibendã uiris fidẽ: nã eẽs sunt deceptores. Causa mea: ob pfidiã uirilẽ. Et relata mutato noie nã quærebar de Theseo: nũc de Bacho: ita nomẽ mutatũ: de Theseo in bacchũ. O utinã remãsisse; inqt: utinã deserta i littore: nec me Bacchus reperisset. nã tã extincta ñ hos sentirẽ dolores. O utinã mea fors: mea fortuna. Isset quo primũ cœperat: pseuerasset in tenoꝛ incœpto. Iãq; i psenti tpe nulla forẽ: qa essem extincta & muliebris locutio est cũ dicat nulla: ac si spiritus non superfuisset. PAV. MAR.

Quíd me ariadnem i dia insula a Theseo relictã: ex eius epistola i heroidib⁹ late cõstat liberũ illi opẽ tulisse: i cõiugẽ accepisse: & in metamorphosi & i arte amãdi: & i ãnei trag. refert̃: & pauloante rettulimus. Nũc qrit̃ seruatã a Baccho fuisse: nã mortua rursus eundem minime dolorẽ sentiret: appellatq; illuꝛ leuẽ: qm̃ adduxerit pellicẽ: uiolatiq; fidẽ: qđ turpi⁹ est: qđ q Theseũ dãnabat eiusdẽ criminis possit accusari. O liber: Bacche. Quid seruabas me moriturã: cũ tã moritura essem: cur opem attulisti. In arenis desertis: icultis: cũ essem in deserto littore. Potui semel carere morte. s. Hæc pticula de sæpe i cõpositione deficiẽtẽ uim sui simplicis indicat: ut sæuit desæuit: disco dediscо: tego detego: sic doleo dedoleo. Bacche leuis: incõstãs. Et leuior tuis frondibus: q̃ cingunt tpa: leuior pãpinis q̃bus coronaris: nã ut illi decidũt ex arboꝛib⁹: nec seruãt uiridit̃ẽ: ita tuus aius sua incõstantia agit̃. Cognite Bacche in lachrymas meas. quæ tu cã es cũ pellicẽ superinducas. Es ausus sollicitare: sollicitũ & anxiũ reddere. Thorũ thalamũ. Tam bene cõpositũ. tam bene iugali iure munitũ. Adducta pellice cũ pellicẽ adduxerit̃. Ante oculos nostros: pellices nũc qdẽ appellant̃ alienis succũbẽtes: nõ solum fœminæ: sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem nominabant: quæ uxorem suam habenti nubat: cui generi mulierum etiam pœna cõstituta est a Numa pompilio hac lege: Pellex arã iunonis ne tangito: si tanget iunoni crinibus dimissis agnã fœminã cedito: hæc Põpeius massurius libro memorabiliũ pellicẽ apud antiquos eã habitam scribit: quæ cum uxor non esset: cũ aliquo tamẽ uiuebat: quã nũc uero noie amicã paulo honestiorẽ cõcubinã appellari. C. Flacus in libro de iure papyriano scribit pellicẽ nũc uulgo uocari: quæ cũ eo cui uxor sit corp⁹ miceat quoscũq; eã quæ uxoris loco sine nuptiis i domo sit: quã græci παλλακην uocãt. Heu ubi pacta fides: ubi ea quã pmisisti fidẽ. Vbi quã solebas iurare: p quã iurabas. Me miserã: dico. s. Quotiẽs ego loquor hæc uerba: quotiẽs cogor ita loqui: nã primũ pfidie thesei: nũc uero bacchi: facit ut ita loquar. Culpabas Thesea: damnabas theseũ a pfidia: q̃ me reliquisset. Et tu ipse uocabas fallacẽ: quia periurus. Tu ipse peccas turpius: reprehensibilius tuo iudicio: quia qui perfidum & fallacem illum iudicabas: nũc cum in eodem sis crimine: ex eo quod illum damnabas longe magis dãnari mereris: Nesciat hoc uellet inquit hoc omnes latere: ne quis putet me totiens mea culpa derelictam: & in primis latere uelim theseum: ne gauedat: nunc deum in me fuisse fallacem: nam numinis exemplo culpam suam extenuaret. Nesciat quisquam: hoc me. s. a baccho fuisse deceptam. Et urar: absumar ego. Tacitus doloribus: ne cui sint cogniti: sed tacita ipsa adurar. Ne puter: ne existimer. Fuisse digna totiens falli: meruisse aliqua mea culpa totiens a uiris decipi.

ANT. FAM. ¶Præcipue cupiam celari thesea: Cupio nescire Theseum quod & deus quoq; me spreuerit. Præposita est fusce mihi candida pellex: Proprie dicit pellicem quæ cu; eo corpus miscet qui habet uxorem. Est autem hoc loco ironia ubi Ariadne se fuscam & pellicem candidam dicit: quam figuram illusionem uocant teste Quintiliano: quæ aut pronunciatione intelligitur: aut persona aut rei natura.

Inquinat: Vicio nigredinis quod Ariadne suspicatur in Bacchum posse transferri. Matre; pasiphaen ex qua & tauro natus est Minotaurus. Nota est fabula. Me tua: Exemplo Matris cui taur placuit cornibus præditus: nam & Baccho a poetis dantur cornua: ut accedant capiti cornua Bacchus eris: uel quod primos tauros iugo subiecerit & arare docuerit: uel qd nimio uino (ut inquit Festus) homines Truces fiunt. Per cornua enim significatur proteruitas & cõtumacia teste Porphyrione. Vnde illud est. Addis cornua pauperi. Cæteru; plures fuerũt Dionysii teste Diodoro. Ortus in igne dicer̃is: Bacchum ignigenam dicunt quod Semele matre a fulmine percussa ab eius aluo ereptus est. Pro cœlo qualia dãna fero: Pathos ab eo quod est præter spem.

Cornua donatus bacho.

Præcipue cupiam cælari Thesea: ne te
Consortem culpæ gaudeat esse suæ:
At puto præposita ẽ fuscæ mihi cãdida pellex
Eueniat nostris hostibus ille color:
Quid tamẽ hæc refero: uicio tibi gratior ipo ẽ
Quid facis: amplexus inquinat illa tuos:
Bacche fidẽ præsta: ne præfer amoribus ullã
Coniugis: assueui semper amare uirum:
Cæperunt matrem formosi cornua tauri
Me iuuat & lædit ille pudendus amor:
Ne noceat qd amo neq; n. tibi bache nocebt
Quod flãmas nobis fassus es ipse tuas:
Nec q; nos uris mirum facis ortus in igne
Diceris & patria raptus ab igne manu:
Illa ego sum cui tu solitus promittere cœlum
Hei mihi pro cœlo qualia dona fero:
Dixerat: audiuerat iam dudũ uerba querentis
Liber ut a tergo forte secutus erat.
Occupat ãplexu lacryma sq; p oscula siccat
Et pariter cœli summa petamus ait:

PAV. MAR. ¶Præcipue: in primis. Cupiam celari thesea: cupiam hoc esse illi occultum. Ne gaudeat te esse cõsortem sue culpæ: te fuisse eiusdẽ fallaciæ studiosum. At puto: ironicus sermo: ut pellicem in conceptum adducat: præfers inquit mihi illam candidam: cum illa patrio colore fusca sit: & ariadne candida. At puto est præposita: in amore tuo. Mihi fuscæ nigranti. Pellex candida: captiua qua; p amica ducis niueæ faciei. Ille color: fuscus qui ẽ in ista pellice. Eueniat nostris hostibus quasi non amici: sed hostes sint ita nigri: ut illa est.

Tamẽ quid cur refero hæc est tibi gratior & iucundior. Ipso uitio: ipsa nigredine: qd uitium est corporis. Nam ut modestinus de uerborum significatione inquit. Morbum esse temporalem corporis imbecillitatem uerum est. Vitium uero perpetuum corporis impedimentum: & subdit. nam & luscus utiq; uitiosus est morbum apud sabinum sic diffinitum esse sciendum ẽ Habitum cuiusq; corporis contra naturam: qui usum eius ad id faciat deteriorem: cuius causa natura nobis eius corporis sanitatẽ dedit. Id aũt alias in toto corpore: alias in pte accidere. Nãq; toti⁹ corporis morbus est: puta febris. ptis uelut cæcitatis licet hõ ita natus sit. Vitiũ a morbo multũ differre: ut puta siqs balbus sit. nam hunc uitiosu; magis esse q̃ morbosu; & reliqua plura. n. de his agit Vlpiurisco. de quibus alias. Quid facis: o bacche qui illam amas. Illa iquinat: polluit. Tuos amplexus cõmaculat tua brachia suo colore: nã nigredinẽ cõtrahẽt. bacche fidẽ p̃sta: adhibe mihi fidẽ: Ne præfer noli præponere. Vllam amoribus coniugis: quia magis te amat coniunx q̃ ancilla: ergo ne preferas ullam mihi. Semper assueui semper amare uirũ: nã prius theseũ: deinde te ardentissime amaui seruauiq; fidẽ inuiolatã. Cornua tauri formosi cœperũt matrẽ: quasi Pasyphæ mater capta fuit cornibus tauri pulcherrimi. nota ẽ fabula pasyphes uxoris minois: q̃ tauro succubuit: unde nat⁹ ẽ minotaur⁹: sed de his cumulatius in. vi. æne. diximus. Me tua. s. cornua capiũt q̃si ego capta su; cornib⁹ tuis. nã bacchus cũ cornib⁹ pingit̃: de quo paulo post. Sed lædit me. s. qa nimiũ excruciat. Ille amor pudẽdus: amor tu⁹ i captiuã. ideo pudẽd⁹: qd serua ẽ & fusca. aliq; ferũt illd ad pasyphẽ: qa pudẽd⁹ amor illi⁹ q̃ tauro succubuit. Nec noceat mihi. s. qd amo te sed poti⁹ p̃sit. Enim. qa. Nõ nocebat sed pdebat. Tibi o bacche qd tu ipe es fassus nobis flãmas tuas: qd aperuisti nobis amores tuos: sic pdesse debet & mihi: cũ scias te amari a nobis. Nec facis mir̃: nõ ẽ res mirãda. Quod nos uris: q̃ uror ego tuo amore. Diceris ortus in igne: iccirco non est mirũ: qa tu nat⁹ in igne inuicis mihi flãmas. Et diceris raptus: erept⁹ ab igne a fulmine. manu patria: manu iouis: nã cũ semele examinata esset fulmine editus imatur⁹ infans semori iouis adhæsit: ubi tpa debita cõpleuit. Et si unus tãtũ bacchus seu Dionysius a plerisq; poetis referat̃: plures tamẽ fuere. Diodo. Dionysius fuisse testat̃: Priorẽ indũ; primus docuerit ex uua uinũ elicere: & arbor̃ curã. Secũdũ ex ioue & p̃serpina: uel ut alii ex cerere natũ; q̃ primus boues ad aratrũ iunxerit: cũ terra prius hoium manibus coleret. Gut ob multa beneficia: diuini sunt instituti honores: Additaq; ad eius statuas: uelut isigne quoddam cornua: ob putilem agricolis inuentionem aratri. tertium ex ione & semele cadmi thebis in boetia natu; dicũt. Semeles

Iouem amore captũ: & cũ ea sæpius: cubuisse ferũt. Inde iunonem in ancillã uersam suasisse semel: ab ioue petere: ut ea secũ maiestate cõcũberet: qua cũ iunone cõsueset. Quo promisso: cũ tonitru & fulmine ad eam descendit: quæ territa expirans abortsa est. Editũ ante tẽpus filiũ Iuppiter in femore recipit: & partus tempore in nysam arabiæ ciuitatẽ tulit. Vbi a nymphis educatis infans: a patre & nysa Dionysius est appellatus: ctioσ enim græce: latine Iuppiter. Hic igitur ortũ in igne dicit: qa iouis fulmine. Præterea ut inqt põpeius. Cornua liberi patris simulachro adiiciuntur quẽ inuento rẽ uini dicũt: eo qd hoies nimio uino truces fiũt. Illa ego sum: qui tu o Bacche. Es solitus p̃mittere cœlum: sæpe pollicitus es me in cœlũ referre. Hei mihi: qualia dona fero pro cœlo: loco p̃missi cœli. Su; ita abste: relicta: & p munere pellicẽ idicã adducis. Dixerat audierat: querẽtẽ ita ariadnẽ bacchus audiuit Amplexusq; eam: primũ uerbis cõsolat̃. Deinde in cœlũ rettulit: coronãq; simul inter astra collocauit. Nouem q; gemmas in totidem stellas trãsformauit. Dixerat: iam questa erat ariadne Liber: bacchus: Iadudũ: ex illa cœpit loqui. Audierat uerba querentis: ariadnes lamẽtantis. Vt: sicut. Forte erat sequutus a tergo: dum deambulans illa per arenas querebat̃: sequebatur a tergo bacchus. Occupat amplexu: amplectit̃ illã. Et siccat lachrymas per oscula: osculabat̃ illi⁹ genas: & siccabat lachrymas. Et ait petamus pariter sũma cœli: cõcẽdam⁹ simul i cœli sũmitatẽ.

Tu mihi iũcta thoro: mihi iũcta uocabula su
Nã tibi mutatæ libera nomẽ erit: mes
Sintq; tuæ tecũ faciã monumenta coronæ
Vulcanus Veneri quam dedit illa tibi:
Dicta facit gẽmasq; nouem trãsformat̃ igneſ
Aurea per stellas nunc micat illa nouem:
Sex ubi sustulerit totidemq; remiserit orbes
Purpureum rapido qui uehit axe diem:
Altera gramineo spectabis equiria campo
Quem Tyberis curuis in latus urget aquis
Qui tamen electa si forte tenebitur unda

¶Mihi iuncta uocabula sumes: Vt me libertũ uocãt ita & te liberã nominabunt. Monumẽta coronæ: Corona quæ referet̃ in cœlũ ut sit monumẽtũ amoris liberi in ariadnẽ non q; eã Bacchus Ariadnæ dederit: sed q; eã in cœlũ relaturus sit: quã & retulit in eius gratiã. Est aũt monumẽtũ qcqd i posterum memoriæ cã p̃dit̃ & quicquid ob memoriã alicuius fit: ut Fana Porticus. Carmina & similia: & a monendo dictum existimat̃. Per stellas nunc micat illa nouẽ: Seruius scribit sex stellas esse qbus in cœlo corona hæc declarat̃. alii nouem. Vnde illud est: inde nouẽ numero cressam fecere coronã. Id signũ maxime lucere cernit̃: ut Hic illa eximio posita est fulgore corona. Ouidius alibi Bacchi coniunx redimita corona præradiat stellis ANT. FAN. Monumentũ. Equiria

signa minora suis. Sex ubi sustulerit totidẽq; remiserit orbes. Illi. idus Martias iterũ Equiria celebrãtur dicta ut ait Varro ab equorũ cursu. Eo enim die currunt in cãpo martio: cuius admirabilis magnitudo (ut inquit Strabo) curriles cursus & alia equestria certamina expedita suppeditabat. Dicit aũt altera equiria: qa supra legimus: lamq; duæ restant noctes de mense secũdo Martio citos iũctis curribus urget equos. Hos ludos diximus a Romulo institutos esse Marti patri: q (si forte hoc tempore: quo flumina hvmbribus augeri solent campũ martiũ aquæ tyberis occupassent) trãsferebant ad Celiũ montẽ. Vnde ait Festus: Martialis cãpus in cælio monte dicit̃: in eo equiria solebant fieri si quando aquæ tyberis campum Martiũ occupassent. Ad hũc montẽ uia fuit ppemodu; plana ut Cælius ex alto qua mons descendit in æquũ hic ubi nõ plana est sed prope plana uia est. Dictus aũt est Cælius (ut Festo placet) a Cælo quodã ex hetruria q Romulo auxiliũ aduersus Sabinos pbuit & in eo domicilio habuit. Vel (ut ait Varro) a Cælio iubẽno ex eadẽ ptincia qui dicitur Romulo uenisse auxilio: post cuius obitum Thusci q nimis munita loca tenerent deducti dicuntur in planum a quibus uicus thuscus dictus est.

Equiria iii. idus martias Equiria fiebãt in campo martio uel i cœlio mõte. Cælius unde dictus.

¶Tu mihi iũcta toro: quasi iuncta iure iugali: nã tu mea cõiunx. Sumes uocabula mihi iũcta; q̃ iũcta es thalamo: eris quoq; iuncta noie. Nã tibi mutatæ: ex humana in deã: ex mortali i imortales; PAV. MAR.

Erit nomen liberæ: nã ut ego liber dicor: tu quoq; libera diceris. Et faciãt sint tecũ monumenta tuæ coronæ: ut tecũ habeas in cœlo coronã tuã: aut ipsius memoriã: nã eius gẽmæ in stellas trãsferentur. Monumẽtũ est ut Vlpianus iurisco̅sultus ingt qd memoriæ seruandæ gratia existit: & florẽti. Monumentũ inquit generaliter res est in posterũ memoriæ cã proditi: qua si corp⁹: uel reliquiæ inferuntur: fiet sepulchrũ. si uero nihil eoz inferat̃: erit monumẽtũ memoriæ cã factum. Quã coronam. Vulcanus dedit uneri: qd supius diximus. Illa tibi. nã uenus tibi dono dedit. Dicta fatidicã retulit illã in cœlum. Et trãsformat̃: trãsmutat. Nouẽ gẽmas: q̃ sũt in corona. In ignes: in totidẽ stellas ignitas. Aurea: corona ex auro. Micat. lucet. Per stellas nouẽ: nã quot gẽmæ fuerãt tot nũc sũt stellæ numero nouẽ. Sex ubi sustulerit: tertiodecimo die mẽsis hoc ẽ tertio idus Mar. sustulerit̃ equoz curs⁹: quos multi putãt a rõulo istitutos marti gẽitori. Vbi posti̅. Quis. hœb⁹. Verũt equoz rapidos: refert curru uelocis: nã ptẽ p toro posuit. Diẽ purpureũ: rubicũdũ. Sustulerit: releuauit. Sex orbes: rotũ. ditates: seu solares orbes. Dimiserit: deorsũ miserit: hoc ẽ posti̅ sextes orietur sol & toties occidet sol. i. posti̅ fluxerit text⁹ dies ab ipo ortu coronæ, Spectab. alta equoz curs⁹.

Campo gramineo: i cãpo martio herbido, altera dixit: ga & altera fiebãt in fine februarii de qbus suo loco dixim⁹. Quẽ: cãpũ. Tybris urget in lat⁹: qui ambit ab uno latere aqs curuis flexis & sinuosis. Cãpus martⁱ⁹ iuxta tybrim: ubi sæpe fiebãt ludi & certamina: circum erant porticus pulcherrimæ: & horti nemorosi. In eo etiam erat Augusti mausoleum & marmore candido: in uertice æneum Augusti simulacrum habens. Qui tamen: campus. Si forte tenebitur: occupabitur. Vnda eiecta, inundatione tyberina: nam tunc eiicitur unda a tybride:

ANT. FAM.

¶Pulueruleutus: Quod eo non puenerint aquæ tyberis campum Martium inundantis Idibus est annæ &c. Idibus Martiis priuati; & publice sacrificabatur Annæ perennæ ut annare perennareq; cõmode liceret ut scribit Macrobius. Hãc deã nõnulli Lunã eẽ crediderunt e cuius cursu menses annum implẽtes colliguntur. Alii Themim quã idem esse existimabãt qđ fas ẽ auctore, Fe. Alii annã did⁹ sororẽ. alii unã Atlãtidũ. Alii isidẽ. Alii anũ quandã suburbanã: quæ famescenti plebi cum in sacrum montem successisset Liba dicitur ministrasse. Quod adeo gratum plebi fuit: ut eam in dearum numerum referendam curauerit. Placet autem Syllio in. viii. punicorum Annam perennam Didus sororem esse: ut regnisq; æneadum germana colatur elisse: quam nympham in aricino agro

Annæ perẽnæ festũ idib⁹ martiis Anna perẽna.

Cælius accipiet puluerulentus equos:
Idibus est annæ festum geniale perennæ
Non procul a ripis aduena Tybri tuis:
Plebs uenit ac uirides passim disiecta p herbas
Potat: & accumbit cum pare quisq; sua
Sub ioue pars durat: pauci tentoria ponunt
Sunt quibus e ramis frondea facta casa est:
Pars ibi pro rigidis calamos statuere colũnis
Desuper extentas imposuere togas:
Sole tamen uinoq; calent annosq; precantur
Quot sumant cyathos ad numerũq; bibũt:
Inuenies illic qui Nestoris ebibat annos

Geniale

siue laurenti consecratam a perpetuitate perennam existimant appellatam. Eius festum geniale dicitur quod plebeii apud tyberim genio & uoluptati operam darent & cantu & potu largiore perennem uitam sibi auspicantes. Sub ioue pars durant: Sub diuo nullis tentoriis nullis frõdibus tecti.

Potandi mos aꝑ priscos

Ad numerumq; bibunt: mite hoc certaminis siue ludi genus fuit apud antiquos qui etiam tot calices interdum exhaurire consueuerunt quot litteras amicarũ nomina continerent. Martialis: Nãque sex cyathis septẽ; iustina bibatur Quinq; lycas lyde quattuor ida tribus. Qui nestoris ebibat annos: Tot calices quot annos uixisse dicitur Nestor. de quo auctor alibi: Vixi annos bis centũ nũc tertia uiuitur ætas. Cicero in Catone maiore: Videtis ne ut apud Homerum sæpissime Nestor de uirtutibus suis prædicet: tertiam enim ætatem iam hominũ uiuebat: Iuuenalis: Rex Pylius magno si quicquam credis Homero Exemplum uitæ fuit a cornice secundæ. est autem ætas interdum annorum triginta ut Lactantius Grammaticus & plerique alii scribunt.

PAV. MAR.

¶Cælius mons. Puluerulentus: siccus ubi nõ fit inundatio. Accipiat equo: & fient equiria i Cœlio: qui mons ita dictus ut Varroni placet a Cœlio iubẽno thusco duce nobili: qui cum sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra latinum regem. Hinc post cœlio obitum: quod nimis munita loca tenerent: neq; sine suspitione essent: deducti dicuntur in planum: ab eis dictus uicus thuscus. & ideo ibi Vortũnum stare: quod is deus etruriæ: princeps de Cœlianis: quia suspitione liberi essent: traductos uolunt in eum locum: qui uocatur Cæliolus cum cælio coniunctum. Et Pompeius ait cælius mons dictus est a cælio quodam ex etruria: qui Romulo auxilium aduersus sabinos præbuit eo p in eo domicilium habuit. Idibus est: & superius diximus auctore Macrobio mense Martio sacrificatum iri ad Annam perennam: quo cõmode annare: & perennare liceat. Poeta uero referẽs Anne sacra turbam inquit in campum conuenire hæc celebraturam: & pro uitæ perennitate mero indulgere: precarique: ut quot calices exiccarent: tot annos uiuerẽt: ita ut inde nemo discederet nõ ebrius: sed quæ dea sit Anna: uarias refert opiniones: alios putare annam sororem didus: alios lunam: alios thenum: alios: isidem: alios pleionem: seu Maiam: alios annam quandam in suburbanis bouillis natam: Annæ autem festum idibus Martiis celebrabatur. Idibus: martiis. s. hoc est. xv. die mensis. Est festũ geniale: quasi plenũ uoluptatis: nam genium pro deo uoluptatis interdum accipit: & p uoluptate ipsa: ut illud Acceptus geniis ilia december habet. Annæ perennæ: quæ cõmode anna re & perennare facit. Non procul a ripis tuis o tybri aduena: qui aliunde aduenis: nã ex etruria. Ergo in campo martio prope tybrim fiebant sacra genialia a plebe. Plebs uenit: in campũ. At disiecta per uirides herbas: effusa in diuersis locis. Passim aperte per gramina. Potat & accumbit quisq; cum pare sua: quisq; bibit: & est cũ cõiuge: aut socia. Sub ioue: alìqui sub dio sunt aliqui sub tentoriis. Alii sub extructorũ ramoꝝ umbra. Pars durat sub ioue: sub dio: hoc est sub aere: non sub tectis & dios est Iuppiter: & horatius. Manet sub ioue frigido uenator: teneræ coniugis immemor. Pauci ponũt: erigunt. Tentoria: more militum: ut sub tentoriis sint. Sunt aliqui. Quibus casa est facta frondea e ramis quĩ casam facĩt ex frõdosis arboꝝ ramis. Pars: eoꝝ qui illuc cõuenere. Stabuere calamos: erexere humi defixas harũdines. Pro colũnis rigidis: duris & firmis. Imposuere desuper: super columnas ipsas. Togas extentas: Toga ut Marcellus inquit. Vestimentum erat com

mune & uiris: & mulieribꝰ tam diurnũ quã nocturnũ dicit a tenendo. Sole tñ: excalescũt multi tã calore solis: q̃ exhausto mero: ornatoq; ut quot pocula deficcauerint: totidẽ annoꝝ uita cõtingat: quamquidem rõne multi erãt q nestoreũ numeꝝ superarẽt: & ad sybillæ numeros ascenderẽt. Tamẽ cauerunt illi. Sole & uino: qđ hauriũt. Et pcant annos: pcibus a diis tot annos poscũt. Quot sumãt cyathos: quot plenos discernit uini cyathos. Et bibũt ad numeꝝ: qa numerãt quotiẽs bibũt: ut nnmerũ teneãt. Inuenies illic in eo campo. Qui ebibat annos nestoris: q totiẽs bibat: quot annos uixit nestor ille pylius: quẽ uixisse dicũt trecẽtos annos: de quo dixit: iam tertia uiuit ætas.

Quæ sit per calices facta Sibylla suos:
Illic & cantãt quicquid didicere theatris
Et iactant faciles ad sua uerba manus:
Et ducunt posito duras cratere choreas
Cultaq; diffusis saltat amica comis:
Cum redeũt titubãt & sunt spectacula uulgi
Et fortunatos obuia turba uocat:
Occurrit nuper uisa est mihi digna relatu
Pompa: senem potum pota trahebat anus:
Quæ tñ hæc dea sit quoniã rumoribus errat
Fabula proposito nulla tenenda meo:
Arserat æneæ Dido miserabilis igne
Arserat extructis in sua fata rogis
Cõpositusq; cinis cumulicq; i marmore carmẽ
Hoc breue quod moriẽs ipsa reliquit erat:
Præbuit æneas & causam mortis & ensem
Ipsa sua Dido concidit icta manu:
Protin⁹ iuadũt numidæ sine uindice regnum

¶Sibyllæ sibyllæ decẽ fuerũt ut scripsit Varro. Lege Lactãtium firmianũ. Earũ uni dilectæ ab Apolline dicit oblatũ ab eo poscendi quod uellet arbitriũ: quæ tot annos poposcit quot harenas manibus hausisset. Hanc eẽ nõ nulli Cumæam uolũt: q̃ fuit longe ante bellum troianũ ac uixisse dicit roma regib⁹ seruiente. Est autẽ hoc loco figura hyperbole. Quis enim tot calices hauserit uno die quot annos uixisse Sibylla dicit. Quicquid didicere theatris: carmina in theatris audita & cohærentia uoluptati cui nũc inter uina uulgꝰ indulget. Cum redeunt: e cãpo martio ubi largius poti ebrietatẽ cõtraxerũt. Fortunatos: quibus uina oẽm tristitiam abstulerunt.

ANT. FAN.

Præbuit æneas & cãm mortis & ensem: ipsa sua dido cõcidit icta manu: Fabulant qdem poetæ qđ ob æneæ discessum Dido structa pyra gladio icubuit: iidemq; et canunt Carthaginẽ paulo post excidiũ troiæ cõditam eẽ sed (ut scribit Iustinus) Hiarbas decẽ pœnorum principibus accersitis Didus nuptias sub belli denũciatione petiit: quæ pyra i ultima parte urbis extructa uelut placatura Sichæi manes hostilis cæsis eam cõscendit & gladio uitã finiuit. Carthago aũt condita est. lxxii. annis anteq̃ roma

¶Quod sit facta sibylla p cãlices suos: quot et annos sibyllæ adequarit: hoc ob Cumæam dictũ: q̃ fuerit lõge ante troiana bella: & uixerit: ut a multis asserit ad romanorum usq; regũ tempora. Nam in metamorphosi ipsa æneæ refert uicisse septem secula: superuicturam quæ annos. ccc. Sibylla dicitur: quasi dei mens: hoc est consilium. Illic & cantant: canũt quod in theatris audiuere cani: agitant: & excutiunt manus uelut est mos ebriorum: & saltant depositis parumper poculis. Et cantãt illic in campo. Quicquid didicere theatris: nã carmina ad hunc usum composita: sed ea q̃ i theatris didicere: cum recitatæ sunt fabulæ. Theatrum: spectaculum ἀϑέατον ἀπὸ τοῦ ϑεᾶσθαι: quod est uideo. Et iactant: ut ebrii solent. Manus faciles ad sua uerba: nam eas ad cantum agitant. Et ducunt iunctas choreas: saltationes ἀπὸ χορῶν: quod est salto. Virgi. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt. Syllabaq; media ad placitum ponitur: ut etiam in eo uersu imemores nostri festas duxere choreas. Posito cratere: depositio parumper poculo. Et amica culta: ornata. Saltat diffu. co. passis crinibus. Cum redeunt: e campo domum. Titubant: trementi & inconstanti passu incedũt. nam ebrii redeũtes eunt titubãte: & firmare passum nequeũt. ¶Et sunt spectacula uulgi: qa ab omni multitudine spectantur. Et turba obuia: q̃ illis redeuntibus occurrit. Vocat fortunatos: appellat eos fœlices: qa quoad ebrii sunt nec bona: nec mala discernũt: nec cupiditate ulla: nec ambitione mouent.

PAV. MAR.

Occurrit nuper mihi põpa: turba ebrioꝝ redeuntium & in ordinem incedentium facta est mihi obuia. Visa est digna relatu: digna q̃ referr̃. Anus pota: ebria uetula: q̃ multum potauerat. Trahebat senem potum: ebrium. Iucundum erat spectaculum cum ebria ebrium diceret. Potus: i utrãq; accipitur significationem: & pro eo qui potauerit: ut hic: & pro eo quod potauerit: ut inferius. Claudiger & tanto est albula pota deo. Quæ tamẽ: sed quæ dea sit anna: quoniam uariæ sunt opiniones: ego omnes referam. Tamen quæ dea sit: hæc quæ Anna perenna dicitur. Quoniam fabula erratur: incerta est & uaria referr̃. Rumoribus: incertis relationibus. Nulla. fabula. s. est. Tegenda uelanda. Meo proposito: ex instituto meo: quia de omnibus agam. Arserat acturus de Anna sorore Didus ab ipsius morte didus incipit: imitatus in hoc Virgilium: qui dixit eam sibi necem cõsciuisse ob amorem æneæ: quod falsum est: nam non ob æneam sed seruatã pudicitiam: Cum ab hiarba rege præmerctur: cogerentq; eam ciues illi se tradere: extructa pyra se ipsam interemit. Occupata est ea extincta Carthago ab Hiarba: fugit inde Anna: postq; longos errores uenit in Lauren-

tinum litus: ubi agnita ab ænea benigna ſuſcepta eſt: cõmendataq; lauiniæ. Sed cũ illa putaret ad-
ductam ſibi pellicem: parauerat Annæ iſidias. Quæ quidem per quietem ab umbra ſororis mo-
nita diffugit: raptaq; eſt a Numicio amne: cum poſtea ingreref: ferẽ eleuaſſe caput: dixiſſeq; ſe in
nympham mutatam: & annam perennam uocari. Dido miſerabilis: digna cõmiſeratiõe. Arſerat
ignis: hoc eſt amore æneæ: ut apud Virgilium. Vritur iſœlix dido. Arſerat regiis extructis: ligno
rum cõgerie cõpoſita. In ſua fata: in ſuam mortẽ: arſerat ergo duplici igne: & amore & igne rogali
nam extruxit pyram: qua eẽt aduertendum cadauer. Deinde gladio incubuit: & in ea pyra cremata
eſt. Et ignis eſt cõpoſitus: hoc ẽ cinis q ex cremato cadauer ſupſuit ẽ in urna recõditus. Et erat hoc
breue carmen in marmore tumuli hoc exiguũ epigrãma inſcriptum eſt tumulo. Quod: carmen.
Ipſa moriens reliquit: alludit ad illud: quod in heroidibus prius fecerat: cum in epiſtola ad æneam
dido ita dicat. Nec cõſumpta rogis iſcribar heliſſa ſychei hoc tũ in tumuli marmore carmen erit: &
ſubſequunt hi duo uerſus: quos ẽt appoſuit. Aeneas pbuit & cauſã mortis: quia fugiẽs fuit illi cã:
ut ſeipſam cõfoderet. Et enſem: pbuit cãm: & pbuit inſtrumentum: nam reliquit enſem: quo ſe illa
confecit. Ipſa dido concidit: extincta eſt. Vſa ſua manu: ad ſeipſam extinguendã. Protinus inua
dunt: extincta didone aphri duce Hiarba carthaginem occupant. Tyrii uero omnes in fugam con
uerſi ſunt. Numidæ: ſpeciem pro genere poſuit: hoc eſt ipſi aphri. Numidia uero pars aphricæ: iter
Tingitanam & carthaginenſem regionem. Inuadunt: adoriuntur: & occupant. Regnum cartha
ginis ſcilicet. Sine uindice: quaſi cum nullus eſſet uindex qui ininriam propulſaret: quoniã Re-
gina erat extincta: & alii reges non erant qui regnum tuerentur.

ANT. FAN. Hiarbas

¶ Maurus hiarba: rex Mauritaniæ quæ pro
uincia eſt aphricæ ad occidẽtem & fretũ gadi
tanum. Sed idem & numidiæ regnũ obtinuit
quæ ab occaſu ad mauritaniam extendit ab
ortu ad Syrtes unde regio carthaginẽſis ici-

Numidæ

pit. Eius incolæ numidæ quaſi nomades a p
mutandis pabulis appellant. Hunc regẽ Vir
gilius Getulum uocat: ut captam ducat getu
lus hiarbas. Tertia nudatas: deſcriptio tpis
poetica a meſſibus & uindemia. Fauillæ ci-
neres Didus unguenta & annæ diſceſſuræ la
chrymas bibunt.

PAV. MAR.

¶ Er hiarba maurus: nam & Numidarũ rex
erat: & mauror: uel ut Euſtathius inquit Ma-
zicorum. Mauri in extrema ad oceanũ libya
iuxta fretum columnas: ut Strabo inquit. Hi
ut Criſpus aſſerit a medis originem traxere:
ſed corrupere uocabulum libes: & p medis
mauros dixere. Potiẽ capta domo: diuus re-
gia. & memor: hiarbas. Se ſpretũ: fuiſſe pri' quem in cõiugem dido noluerat. Vñ & Virg. nõ ante
tyro deſpectus hiarbas. Inquit tamẽ En ego quem illa: dido. Totiens repulit: quia totiẽs ſpreuit: &
in cõiugem nõ admiſit. Fruor: nũc. Thalamis toro. Heliſſæ: didus quæ ut Euſtathius inquit heliſſa
nominata eſt: & ab aliis Annam quoq; uocatam dicit: ſed ubi carchedona cõdidit dido dicta eſt. Car-
chedona uero uocauit urbem a ſe cõditam a carchedoue uiro phœnice. Sed ab aphris Carthago
dicta eſt: q; ſonat lingua punica noua urbs. Tyrii: q ſequuti erãt heliſſam a Tyro urbe phœniciæ.
Quo quẽq; agit error: quo unũquẽq; fuga duxit. Vt olim: aliquando. Vagant: uagantes errãt.
Dubiæ amiſſo rege. cũ regem amiſerit: dubiæ tũc ſunt apes quem potiſſimũ ſequant regem. Ply.
inquit. Apes rempu. & cõſilia priuatim: & duces gregatim. & qd maxime mirũ ẽ mores habere ſem-
perq; duce prænſo totũ agmen teneri. Amiſſo dilabi migrareq; ad alios. Eſſe utiq; ſine rege nõ poſ-
ſe. Tertia nudatas: tertio anno poſt mortem eliſſæ: & occupatam ab Hiarba carthaginem: pulſa
eſt & Anna: quæ lachrymans iuſta ſorori ſoluit: ſolutoque ſupremo munere fugit. Tertia Area:
in qua terantur fruges. Acceperat meſſes nudatas: frumenta e paleis excuſta: & ita nudatas: quia
frumenta ipſa nudata ter in Area. Et tertia muſta ierant in nouos cados: hoc inquit præterierat:
iam tertia meſſis: & tertia uindemia. Et ex his tertium annum indicat. Anna pellitur domo. Car-
thagine. Et lachrymans relinquit mœnia ſororia: urbem a ſorore conditam. Dat ante iuſta:
ſuæ germanæ: facit exequias: ſorori ſic iuſta ſoluit. Fauillæ molles bibunt unguenta mixta la-
chrymis: ſpargit unguento cineres lachrymas immiſcens. Ideo molles fauillas dixit: quia unguẽto
& lachrymis miſcebantur: aut fundebantur: uel molles quia dulces ſorori. Et accipiunt: ipſæ fa-
uillæ. Comas libatas: excerptos crines. Vertice: e capite annæ. Ter dixit uale: ſicut moris eſt
extremo loco dicere. Ter preſſit cineres: ter complexus eſt urnam ubi erant conditi. Relatos
ad ora: quia ter oſculatus eſt. Et ſoror: Dido. Eſt uiſa ſubeſſe: quia uiſa eſt Annæ Dido ſentire
pium officium: & ſubeſſe.

Et potitur capta maurus hiarba domo:
Seq; memor ſpretũ: thalamis tñ inquit eliſſæ
En ego quem totiens reppulit illa: fruor:
Diſſugiũt Tyrii quo quẽq; agit error: ut olim
Amiſſo dubiæ rege uagantur apes:
Tertia nudatas acceperat area meſſes
Inq; cauos ierant tertia muſta lacus:
Pellitur anna domo lachrymãſq; ſororia linqt
Mœnia: germanæ iuſta dat ante ſuæ:
Mixta bibũt molles lachrymis ũguẽta fauillæ
Vertice libatas accipiũtq; comas:
Terq; uale dixit: cineres ter ad ora relatos
Preſſit: & eſt illi uiſa ſubeſſe ſoror:

¶ Pede labitur equo: proſpera utiẽ nauigatione donec ad Melitam peruentũ eſt. Eſt aũt pes funis ANT. FAN.
quo tenditur uelum auctore Seruio. Seneca: In medea nunc prolato pede trãſuerſos captare notos.
Fertilis eſt melite: melita inſula unde melitæos canes dictos eẽ callimachus putat inter corcyram
& illyricum eſt: ut Ply. ſcribit Strabo iminere inquit Pachino melitam unde melitæi eanes exportã pes.
tur. Sz ſciendum & ſamothraciam (ut auctor eſt idem geographus) olim melitã dictã. Cæteq; meli- Melita
ta de qua nũc agimus in aphricam uerſa eſt quẽadmodum & coſyra teſtibus Plynio Pomponio & Melitæi
Diodoro. Vñ Ouid. ſubiũgit: Quam libyci canes
uerberat unde freti. Rex ibi battus erat: De Coſura
hoc Syllius: Battus cyrenem molli tum for- Batus
te fouebat impio mitis battus lachrymaſq; rex
dediſſe caſibus humanis facilis. Idem poeta
uult annã a Batto nõ in melita ſed in oppido
Cyrene exceptã fuiſſe. Lege principium. viii.
libri punicoz. Iuſtinus cyrenem a Batto cõdi
tam tradit eũq; ſic dictũ pp linguæ obligatio
nem. Sed timuit magnas Pygmaleõis opes
qui annæ iminebat exitio: ut Ferre p equor
exitũ miſeræ iam pygmaliona docebat. Hic
Annæ & Didus frater fuit. Nos ſumus im-
belles: qui te armis tueri aduerſus fratrem nõ
poſſumus. Crathidis: crathis fluuius eſt Ca
labriæ: de quo ipſe alibi: Crathis & hinc ſyba-
ris noſtris conterminus oris Electro ſimiles
faciunt auroq; capillos.

Nacta ratẽ comiteſq; fugæ pede labitur equo
Mœnia reſpiciens dulce ſororis opus:
Fertilis eſt melite ſterili uicina coſcyræ
Inſula: quam libyci uerberat unda freti:
Hanc petit hoſpitio regis confiſa uetuſto
Hoſpes opum diues rex ibi battus erat:
Qui poſtq̃ didicit caſus utriuſq; ſororis
Hæc inquit tellus quantulacũq; tua eſt:
Et tamẽ hoſpitii ſeruaſſet ad ultima munus
Sed timuit magnas pygmalionis opes:
Signa recenſebat bis ſol ſua: tertius ibat
Annus: & exilio terra paranda noua eſt:
Frater adeſt belloq; petit rex arma peroſus
Nos ſumus imbelles tu fuge ſoſpes ait:
Iuſſa facit: uentoq; ratem cõmittit & undis
Aſperior quouis æquore frater erat:
Eſt prope piſcoſos lapidoſi crathidis amnes

¶ Nacta ratem: ubi nauem repperit. Et co PAV.
mites fugæ: q eam in fuga ſequerenẽ. Labi MAR.
tur equo pede: nõ hoc referendum ad pedes
eius: qa nõ dicit̃ pprie labi pedibus: ſed ince-
dere. Sed referas ad nauem annã ferentem
quæ pedibus caret & æque ois mouet̃: & pro
prie labitur. Aut equo pede pro equatis om
nium pedibus remigiũ in uerrendo mari: aut in trahẽda podia: ſeu erigendis malis nauiũ. Vñ Vir.
in. v. æneidos. Vna oẽs facere pedem. Sic labit̃ anna ſua nauí. Equo pede: equatis oium nautarũ
pedibus. Reſpiciens mœnia: carthaginis ſcilicet. Dulce: ẽt eo tpe illi. Opus ſororis: quod dido ſo
ror extruxit. Fertilis eſt melite: fugiẽs anna melitẽ uenit ſuſceptaq; hoſpitio a Batto rege. Qui au
dita & morte heliſſæ: & ipſius annæ calamitate: commiſeratus: omnia ei obtulit: ſed ſeruare non po-
tuit: Pygmalione ſororem inſequẽte. Melite eſt inſula fertilis: hæc inſula eſt in libyco mari: iter Si
ciliam & aphricam: diſtãs a pachino ſiciliæ. lx. milia paſſuum: quo ſpatio nos ipſi in eã inſulã traieci-
mus: nec eo anno q fuit. M. cccc. lxviii. a natali dominico erat fertilis ꝓpter ſiccitatem. Quatriẽnio
enim integro aquis pluuiis caruerat: fertile tñ ſolum habet: cum aquatur. Ex ea portabant̃ Catelli:
quos meliteos uocabãt. Cuius rei meminit Strabo libro. vi. Vicina coſyræ ſterilis: cum fertilis ſit me
lite coſyra ſterilis eſt. Inſula quidem eſt in eodem mari: quæ & olim: & nũc Gozus dicitur. Regna-
bat in melite Battus: quem uolunt aliqui eundem eſſe: qui & cyrenas in aphrica cõdiderit. Cyrni re-
gis Therrannis inſulæ filium: cuius meminit Trogus. Quam: inſulam. Verberat unda freti Li
byci: cum in mari libyco ſit: libycis pulſatus fluctibus. Hanc: iſulam. Petit: anna. Cõfiſa uetuſto
hoſpitio regis: fiduciam habens in antiquo hoſpitio Batti: & fuerant aliquãdo hoſpitia inter eos mu
tua: & alter alteri auxilio fuerat. Rex ibi hoſpes: qui eam ſuſcepit hoſpitio. Erat battus diues opũ:
opibus abundans. Qui rex poſtq̃ didicit: audiit ab ipſa anna. Caſus utriuſq; ſororis: & heliſſæ mi
ſerabilem exitum: & Annæ calamitatem. Inquit hæc tellus: melitea. Quantulacũq; tua ẽ: licet te-
nue ſit regnum: põt tuo arbitrio uti. Sed tamen ſeruaſſet ad ultima: uſq; ad finem. Munus hoſpi-
tii: quod illi obtulerat. Sed timuit magnas opes Pygmaleonis: timuit ingentes pygmalionis uires
Qui iam ſororem annam inſequebatur. Signa recenſebat. Iam fluxerant duo anni: ex quo e car
thagine fugit: ueneratq; tertius: cũ inſequẽte pygmalione magna claſſe: rex illam a ſe dimiſit. Rur-
ſuſq; illa miſerrima ſe fugæ credidit. Sol recenſebat: renumerabat. Bis ſua ſigna. xii. illa: q̃ ſunt
in zodiaco: per quæ it & redit annum conficiens: confecerat iam bis illud ſpatium. Tertius annus
ibat & noua terra eſt paranda exilio: cogitur illa: noua loca quærere ad exulandum. Adeſt frater:
Pygmalion: qui eam inſequebntur. De pygmalione latius in primo æneidos referet̃: nõ inſiſtim?
in eo. Et petit annam. Bello: illaturus bellum apud quemcũq; fuiſſet. Rex: bathus. Peroſus bel-
la odio habens bella. Aut nos ſumus imbelles: nõ apti ad bellum. Tu fuge ſoſpes: fuge nunc ico-
lumis tantequã maiorem facias facturam. Iuſſa anna. Fugit & cõmittit ratem uento & undis: hoc
eſt mari uentis agitato. Frater pygmaleon. Erat illi aſperior quouis æquore aſpera: & turbida erãt

illa maria. Sed omni aſperior ac truculentior mari erat frater. Eſt propeſuertit anna fugiens prorā in calabriam: cum eſſent prope Cratim fluuium: depoſitis uelis Nautæ remis inſurrexere: ut portui ſubirent: ta tempeſtate relecti ſunt. Eſt paruus ager prope amnes cratidis prope cratim fluuiū. Lapidoſi: quia ex appenninis labēs p ſaxa fluuii. Cratis fluuius eſt achiuorum: herodoto teſte. A quo ut idem ait qui in Italia fluuius ſic cognominatus eſt: nomen accepit. Eſtq; fluuius calabriæ in ora regionū. De quo in met. Cratis & hic Sybaris nſis cōterminus oris Electro ſimiles faciūt auroq; capillos. & Ply. in eodē quoq; loco ponit cratim. Accola turba: q̄ icolit ripas cratidis. Vocat ipm agrū.

ANT. FAN. ¶ Cameren incola turba uocat: deeſt quem.

Eſt aūt Camerē agri ppriū nomē ad hoſtia Crathidis. Quidam cremerē legūt. Torto lino: funibus q̄bus uela deducunt: his laxatis his adductis ut hodie uidere licet. Viſa refugit humus: dum nauis a uēto repelleret in mare terra refugere uiſa eſt. Habenis per Metaphorā ſiue trāſlationē temonē accipimus. Pœniſſa: anna a phœnicia quæ regio a phœnice nomē accepit. Tunc primū dico phœlix eſt dicta ſorori: Sic æneas apud Virg. O terq; quaterq; beati qs ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis contigit oppetere. Expoſitis oibus hauſta perit: perit quidem nauis ſed anna & cæteri qui i ea fuerunt incolumes terræ redditi ſunt.

PAV. MAR. ¶ Cameren: nam prope cratim paruus erat ager Camere appellat⁹: quo prorā anna uerterat: Nec accipias p Camarina ficula: nam longe diſtat. Eſt enim camarina iter pachinū & Lylybeum i ſicilia. Illuc erat curſus. ibi curſum direxerāt nautæ. Nec longius abfuit: anna non magis diſtabat. Inde ab eo agro.

Quā quātū pōt mittere funda nouies poſſet quis ſaxum eiaculari funda. Vela dadūt: ut mos eſt nautarū: cum ppe portum ſunt.

Vela deponūt: & remis incūbunt. Dixit nauita: unus e nautis aut ipſe nauis rector.

Findite aquas remigio: iam remis fluctus
uertite: & in portum tendite. Dumq; parāt: inituri portū a uēto repelluntur: notus enim eos magno impetu adorſus per medium fretum anguſtum in patentius æquor impulit: cum nimium inualeſceret tempeſtas. Mare ipſum a pfunditate uerſum in miſeram cimbam ſæuiebat. Dum nautæ parant ſubducere: remouere ex antemnis. Carbaſa: uela. Torto lino: aut pro torti lini: nam linea uela aut torto uoluto. Nam ſuoluunt uela cum reponunt. Aut torto lino: rotatis ſeu obuerſis antemnis: ubi linea uela erāt: quo facilius deponerēt. Puppis adunca curua: percutit radio noto celeri & furioſo meridionales uenti turbine: uerum ſi nūc notum accipemus nūc qui flat e medio ſpatio inter auſtrum & eurum: quem nautæ Syrocchon uocāt: recte dictum eſſet: nam plurimus inflat in illius freti fauces: ergo ratem ipſam per medium fretum in patentiores aquarum campos ille turbo tranſtulit. Fertur: ratis. In equor patens: in apertum & ſpatioſum mare. Fruſtra pugnāte: incaſſum reluctante & retinente. Magiſtro: gubernatore nauis. Et humus uiſa: quam prius uiderant:

Refugit ex oculis: qui iam longius eos impulerat uentus. Fluctus aſſiliunt: unde attollunt magno turbine. Pontus uertitur eruitur. Imo gurgite: quaſi ab imo fundo. Et alueus: curua nauis ad aluei ſimilitudinem. Haurit canas aquas haurit undas quæ tum maxime caneſcunt: cum uētis aguntur. Vincitur ars: iam nihil poterat rebus conſulere rector nauis ſua arte: uerum ſe in tanto periculo ad uota. Agitur per tumidos fluctus infœlix anna: tegebatq; oculos ne irruentes undas inſpiceret. Ars nautica. Vincitur uento uētorum impetu. Nec iam moderator: rector nauis. Vtif habenis: per trāſlationem ab equis: qui habenis reguntur. Ille iam temone non regit ratem. At uotis utebatur. ſ. His quoq; uotis. Poſcit opem: a diis ipſis. Phœniſſa exul: Anna a phœnicia ſic & Vir. Hūc phœniſſa tenet dido: ſicut dicimus Creſſam: threſſam: uel threiſſam: cilyſſam: ſic & phœniſſam. Jactat: ut illud: terris iactatus & alto. Per undas tumidas: p mare & tumidū: & turbulētū.

Tegit lumina: oculos. Veſte humida: aquis reſperſa. Oppoſita: ipſis oculis ne uideret periculū.

Tum primum: fœlicem ſororē extinctā: & quæcūq; e uita migraſſet appellabat: pſertim qbus i telure ſolida mori cōtigiſſet: quoniam fluctibus non iactarentur. Demum appulere laurēti: litori ubi periit nauis. Expoſitis tamen his qui in ea erant ſoſpitibus in terram. Tum primū dido ē dicta fœlix ſotori: appellauerat pri⁹ ifœlicē: q̄ ſibi mortē cōſciuera. ſed tū primū fœlicē dixit: qm̄ e uita migrauerat. Iā pius æneas: eo tpe: quo anna illuc appellebat: æneas i latio regnabat. Venerat. n. ad ſedes fatales: ubi urbē cōdidit. q̄ a latini regis filia lauinia: quā inito cū rege fœdere i uxorē accepit: lauiniā appellauit. Populūq; ſuū latinū appellari uoluit. Prio trā āno ſolis troianis ipauit. Deide extincto latio fimul & hoſte turno i eadē pugna: accepit rēgnū ſocer⁹: imiſcuitq; ſimul troiāos & latios: & utriſq; ipauit. Eo igit⁹ tpe: cū p lit⁹ deābularet annā aſpexit. Iā pi⁹ æne. erat auct⁹ re. auxerat ipiū ſuū, nā pter illud qd ipe ſtituit ſoceri regnū erat aſſecut⁹. Et nata la. lauinia q̄ i cōiugē accepat. Et miſ. ſimul iūxerat.

ANT. FAN. ¶ Populos miſcueratq; duos: ſcribit Strabo æneā una cū anchiſe patre & Aſcanio filio: q & Iulius & Euryleō dict⁹ ē teſte Dionyſio laurentū applicuiſſe: ac nō lōge ab oſtia oppidu lū ædificaſſe. Deide uero aduētātē Latinū regem aborigenū q tūc loca ubi nūc Roma ē icolebāt cū ænea ſocietatē iniſſe aduerſ⁹ finitimos Rutulos: ac Latinū i pugna cecidiſſe: & uictorē æneā adeptū impiū ſuos ēt latinos appellaſſe. Licet. n. uicti uictoq; noia accipiāt æneas tū ut fauorē latii ſibi cōciliaret Latinū nomē nō ſolū uictis nō ſuſtulit ſed ēt romāis ipoſuit. Dotali: q̄a a latio rege rēgnū accepat æneas dotem Lauiniæ. Dum ſecum æneas deeſt dicit uel cogitat quid illa ueniret in latium. Quos terræ quærat hiatus: ne uideat æneam cuius cauſa perierat ſoror. Anna p hāc iuro: æneas ſui diſceſſus cām i deos reiecit ut excuſet ſe apud annam. Perq; deos comites: p deos penates quos æneas lauiniū collocauit. Credibili fortior illa fuit: fortior q̄ credi potuit q̄ ſeipſam iterfecit. Vnde Dido uocata eſt quod nomē phœnicū lingua utraginem ſignificat. Ne refer: quoniā anna uidebatur æneæ relatura didus ſororis iteritū. Dido uiraginē ſignificat.

¶ Duos popu. latinū & troianū. Dū ipſe comitat⁹ ſolo achate: ut Vir. Imitet uno comitatus achate: q ppetu⁹ comes illi dat. Veq; achatæ Home. mēinit, Sed ab aliq̄b⁹ ab achos qd ē cura & moleſtia: & deductū nomē putat: tñ æneæ ppetuo adtūgit: ac ſi curā regiā ſignificaret: q̄ cura regū ſp ſit cōis. Achates ēt ptioſi lapidis nom̄ ē. Solio & Ply. teſtib⁹: quē lapidē ſicilia i ripis achatis flumis primū dedit: ſed poſtea alibi quoq; cōptus. nā & pyrrū regē hūc i anulo būiſſe dicūt. Detinētes nouē muſaq; effigies ñ artificioſas: ſed naturales & apollinē ipm cū lyra. ita diſcurrētib⁹ maculis auto. Pli. ut muſis quoq; ſingulis ſua redderēt inſignia. Dū igit æneas cōitat⁹ ſolo achate carpit iter ſecretū q̄ſi dū icedit remotis aliis oīb⁹. Nudo⁹ pe. & qd⁹ pedes: & qd nudis pedib⁹ icedebat. Litore do. qd illi p dote lauiniæ cōtigerat. Aſpicit ānā er. q̄ p lit⁹ errabat. Nec cre. ſu. nō pōt credere eā eē. Quid illa ueniret i latios: agros dicebat hūc ſecū ad qd illa nūc i latiū ueniret. Dum ſe. æn. ea uerba diceret.

Achates ex. an. ē: agnouit & eā eē clamauit. Illa: ānа. Suſtulit ſu. uul. ad no. cū audiſſet nomē ſuū ab aliis pferri: eleuauit uultū & oculos ut itueret. Heu fu. cū æneā agnouiſſet: qd facere debuiſſet fugere & quo. Quid ag. quos hiatus terræ q̄rat: quā uoraginē: quā dehiſcētē tellurē regrat: quo ſe deiiciat. Fata ſo. mors heliſſæ miſeræ. Erāt an. oc. cū primū uidit æneā: uēnt i mētē lachrymabile ſororis fatū q̄ æneæ cā ſibi mortē cōſciuerat. Sēſit: æneas cognouit: & pudorē & dolorē ac metū illi⁹.

ANT. FAM. ¶Et scythicos longū est narrare triūphos. Sūt qui primū triumphi autorē Dionysium putēt a quo nō indi solū sed & Scythe domiti sunt & alii. Gētes thutis: Arabes quos Bacchū ferūt etiā domuisse. Tu quoq; thebanæ mala præda tacebere matris: Pentheū dicit: quē Liberi patris sacra aspernātem ira numinis matri lacerādū dedit. Inq; tuū furiis acte lycurge genu: Ipse alibi: Penthea tu uenerande bipenni ferūq; lycurgū sacrilegos mactas: Fuit aūt hic Lycurgus rex Thraciæ qui dum in Bacchi cōtēptū uites succideret crura sibi falce amputauit. Vnde eū absthemiū fuisse Seruius scribit.

Lygurgus rex thraciæ.

Sed historia hoc habet uoluisse Lycurgū deciperе Bacchū ex india reuertētē: cui cū regni aditū promisisset noctu milites misit qui in eius exercitū ipetū facerēt: qd cū de⁹ resciuisset istructa acie Thraces aggressus Lycurgum oculis priuauit & socios eius crucī affixit. Laetāti⁹ Grāmaticus duos inquit fuisse Lycurgos Thracem & Nemeū: quibus addi tur ab aliis Lycurgus legū lator. Sed lycurgus Bacchi cōtēptor is est quē quidā Boreæ: alii Dryantis filiū dicūt ac Phyllidis patrē.

Subitos pisces: Nautas Tyrrhenos q a Bacho in delphines cōuersi fūt. Nota est fabula. Vilis anus: Quæ cōsueuit in festo Bacchi uocare populum ad liba quæ ipa formauerat & ea populo Romano distribuere: ut unusquisq; Baccho particulā offerret uel libaret. In gelidis herba reperta focis: Vult ante ortum Bacchum nullum sacroruꝫ usū fuisse & ubi Foci postea sacrorum ignes cōtinuere nihil aliud fuisse q̄ herbas. Primitias magno supposuisse Iouī: Obtulisse Iouī primitias prædæ.

Bisthonas & scythicos lōgū ē narrare triūphos
Et domitas gentes thuris & inde tuas.
Tu quoq; thebānæ mala p̄da tacebere matris
Inq; tuum furiis acte lycurge genu:
Ecce libet subitos pisces: tyrrhenaq; monstra
Dicere: sed non est carminis huius opus.
Carminis huius opus cās exponere: quare:
Vilis anus populos ad sua liba uocet
Ante tuos ort⁹ aræ sine honore fuerunt
Liber: & in gelidis herba reperta focis:
Te memorant gange totoque oriente subacto
Primitias magno supposuisse Iouī:
Cinnama tu primus captiuaque thura dedisti
Deque triumphato uiscera tosta boue

PAV. MAR. ¶Et scythicos triumphos: quos e scythia retulisti. Scythiæ eni septētrionales sunt partim in europa partim trans tanaim in asia. Hoc etiam cum indis Bacchus debellauit. Dionysius enim primus omnium triumphauit elephanto indico inuectus: ut refert Diodorus. Et domitas gētes thuris: quasi non agam de arabibus a te uictis: apud quos thus nascitur: Nam in Cathabania regione Arabiæ. Sed de his latius in primo libro diximus. Et inde tuas gentes scilicet domitas. Indiam enim ut dixi uus totam domuit. Indus fluuius indiæ maximus: & indos populos dicimus: ipa quidem regio sub oriente sole iacet de qua alias. Tu quoq; thebanæ: nec dicam nunc de pentheo Thebano aut Lycurgo Thraceo. Pentheum enim Thebis bacchi sacra spernentem: atq; prohibentem Agaue mater interfecit: cuius fabula refertur in tertio Metamorphoseos. Et Diodorus inquit fuisse omnes impios: qui in orbe erant: Sed maxime Pentheum: ac Lycurgum. Quem etiam dicunt: dum bacchi uites incideret crus sibi abscidisse. Tu quoq; o pentheu. Mala præda matris Thebanæ qui ab Agaue matre tua thebana discerptus es. Taceberet: a nobis: quia non commemorabo: & tacebere tu. Lycurge: rex thraciæ. Acte furiis: qui a furiis impulsus es. In tuum genu: nam dum putabas uites incidere crus a genu abscidisti. Ecce libet uellem commemorare tyrrhenos nautas: Sed non pertinet ad præsens argumentum. Bacchus crediderat se tyrrhenis nautis: ut eum naxon deferrēt: qui cum illi uim inferre putarent in delphinos mutati sunt: de hoc etiam in met. Ecce libet dicere pisces subitos: delphinos repente factos: & Monstra tyrrhena: tyrrhenos nautas: in delphinos subito conuersos. Sed non est opus huius carminis: non pertinet ad hoc carmen. Ea enim in metacarmine heroico scripsit: nunc in hoc elago non sunt repetenda: pæterea non conuenit huic argumento: quia nunc non agimus de his sed de libis: ad quæ uocatur ab anicula populus. Opus huius carminis est: quasi pertinet ad hoc carmen. Exponere causas quare: quibus causis. Vilis anus uocet populum ad sua liba. Vetula: quæ liba finxerit: ad ea populū uocat. Nam ab ea accipit populus ifesto Baccho: poeta rationem aūcupatur a primis libationib⁹: quæ ab ipo fuerunt instituta præsertim cū uictor rerum primitias magno ioui offerret: sic in libero patre liba & libamina dicta. Oliber: o Dionysi: seu bacche: cur liber in primo diximus. Araæ fuerūt sine honore. sine sacrificio. Ante tuos ort⁹: anteq; tu nat⁹ esses. & Herba fuit repta i gelidis focis: in locis ubi post ortū bachi araæ fūt cōstitutæ herba erat: iō foci gelidi q̄a nulla fiebāt sacrificia nullus erat i ea usus ignis: nulla uictima torrebat: nulla thura cremabant. Te memorāt: te dicūt o liber. Subacto gāge & toto oriēte: postq; domuisti & subegisti populos totius orientis: indos præsertim per quos ganges fluuii. alueis fluit in orientē solez. Supposuisse primitias magno ioui: obtulisse ioui primitias p̄dæ: & fructuū pres. Primitiæ: n. fructuum diis offerebantur: de his in. ii. libi: diximus. Tu primus to bacche liber p̄. Dedisti obtulisti ioui. Cynnama q̄. quidem nascunt in æthiopia trogotidis teste: Ply. At in met. in pāchaia ara

biæ regione nasci dicunt: fit dives amomo cynnamaq; costumq; suū: sudataq; ligno thura ferat. flo resq; alios pāchaia tell⁹. Et thura captiua: captiuorū arabū: quos subegisti: tu primus ea diis concremasti. Et uiscera tosta: cocta. De boue triūphato: de boue rapto ab hostib⁹. De qb⁹ triūphasti.

Nomine ab auctoris ducūt libamina nomen
Libaq; q̄ sanctis pars datur inde focis:
Liba deo fiunt succis quia dulcibus idem
Gaudet: & a Baccho mella reperta ferunt:
Ibat arenoso satyris comitatus ab hebro
Non habet ingratos fabula nostra iocos:
Iāq; erat ad rhodopen pangæaq; flumia uētū
Aeriferæ comitum concrepuere manus:
Ecce nouæ coeunt uolucres tinnitibus actæ
Quaq; mouent sonitus æra sequuntur apes
Colligit errantes & in arbore claudit inani
Liber: & inuenti premia mellis habet:
Vt satyri læniscq; senex tetigere saporem
Quærebant flauos per nemus omne fauos:
Audit in exesa stridorem examinis ulmo
Aspicit: & cælat dissimulatq; senex:
Vtq; piger pandi tergo residebat asselli
Applicat hunc ulmo: corticibusq; cauis:
Constitit ipse super ramoso stipite nixus
Atq; auide trunco condita mella petit:
Milia crabronum coeunt & uertice nudo

¶Nomine ab auctoris ducūt libamina nomen: Liba quidez (ut diximꝰ ꝑm Varronē) a libando dicta sunt: q̄ libandi cā fiant. Libamina uero a libero ut Nasoni placet hoc loco: cuius festa idē Varro scribit dicta liberalia q̄d per totū oppidū eo die sacerdotes liberi sederent hedera coronatæ cū libis & focillo sacrificantes. Ea liba e farre & melle cōstabāt apta sacris ut inquit Seruius. Quod sacris pars datur inde focis: Dictū inquit Libuz q̄ eius particulæ focis sacris siue aris libent. ANT. FAN. Liba. Libamina.

Hebro: Fluuio Thraciæ cuius prouinciæ mōs est Rhodope cui a regina Thracū rhodope ibi sepulta nomen inditū putant. ibi & Pangea sunt quæ iungunt Macedoniæ: ut uideo pāgæa niuosis cana iugis. Vñ auctor subiungit: Pangeaq; flumina e pangæo fluentia: quod Thraciæ promontoriū esse bessis conterminū constat: ad cuius radices fluit amnis quem mæstum uocant. Aera sequūtur apes: Vir. in quarto Geor. Curetū sonitus crepitantiaq; æra secutæ. Gaudent apes (teste Plinio) plausu atq; tinnitu æris eoq; conuocant quo manifestū est: ut idez putat: auditus sensum eis inesse q̄uis nōnulli aliter sentiant iisdem inimica est echo resultanti sono a quo pauide alterno ictu pulsantur: ut aut ubi cōcaua pulsu saxa sonant: uocisq; offensa resultat imago. In arbore claudit inani: Nouimus apuz aluearia interdū fieri e canis arborū truncis. Læniscq; se. Silenū dicit. Dissimulatq; se. Neminē apit ut solus melle auditi exterminis potiret. Milia crabronum. Hæ uolucres ex eqs creant: dicunt q̄ interficer hoiez ictibus. xxvii. Libamina: libatiōes: q̄cū p̄ i sacris libāt. Ducūt nomē a noie auctoris: a libero p̄e: q̄ prim⁹ ioui libauit: dicta sūt libamina. Et liba: a libaminib⁹: seu libādo ab ipso libero. Q d̄ ps: liborū. s. Inde alibationib⁹. Dat sactis focis: offert aris: iō uarro oñdit liba dcā: q̄d libādi cā fiūt. Fictores dicti a fingēdis libis: & Saturnio i carmine Libaq; fictores argeos: & tutulatos. Libū panis gen⁹ erat & melle iuncti. fidebat: sz plura dixius i. i. li. Liba: ita ut dixius ifusa melle. Fiūt deo: hoc ē ipi bacho. Quia idem: bacchus. Gaudet dulcib⁹ succis: hac cā liba baccho offerūt: qa dulces succi & liquores illi grati sunt. uelut mella q̄ ipe adinuenit. iō h. Et ferūt: dicūt. Mella repta a baccho: q̄si mellis iuētionē. i. lib. dixim⁹. id nūc poeta ipsi deo ascribit. Referq; iocosa splēi fabulā: cū auid⁹ edēdi mellis: crabronū aculeis ē ifix⁹: & p medela luto delinire uultū iussus ē. Ibat: bacchus. Comitat⁹ satyris: q̄ sūt ei⁹ comites: ut i prio dixius. Ab hebro arenoso: hebrus thraciæ flu. ppe Aenon urbē i mare ægeū ifluit. Nostra fabula: quā nūc referem⁹. Nō hz igratos iocos: sz gratos. Iāq; erat uētū: iā uenerat ad. Rhodopen: rhodope mōs ē thraciæ: sic a rhodope regina thracū ibi sepulta cognominat⁹. Et ad pāgea flumina: ad fluuios epāgeo scaturientes: pāgeū. n. thraciæ p̄mōtoriū bessis cōterminū: & macedoniæ iū ctū Plini⁹ ingt: ad cui⁹ radices fluit amnis mœst⁹. Et i pāgeo auri & argēti fodias. eē testat herodotus Man⁹ comitū: satyroꝝ & menadū & cæteroꝝ: q̄ bacchū comitāt. Aeriferæ: gestates tā cymbala: quā æreа instra: q̄b⁹ collisis tinnit⁹ edereť. Cōcrepuere iusonuere: ut ē illud Horatii. Quis post uina grauē militiā: aut pauperiē crepat: q̄ loc⁹ i eā significationē a nonio adducit. Ecce uolucres nouæ: apes illis tūc ignotæ. Actæ tinnitib⁹: sonitibus qui fiūt ex æris uerberatiōe. Coeūt cōgregāt. Et apes sequūt æra: æris tinnitū. Quo mouēt sonit⁹: q̄si quo fiēt tinit⁹ æris eo sequūt & apes: & to t⁹ h. a Vir. loc⁹ i. iiii. geor. Nūc age naturas apibus q̄s iuppit ipe Addidit expediā. p q̄ mercede canoros Curetū sonitus: crepitātiaq; æra sequutæ dicteo cœli regē pauere sub antro & paulo añ: cū trahit: quo pacto egressæ ex alueariis apes reuocēt: sic ingt. Hinc ubi iā emissū caueis ad sidera cœli nare p estatē liquidā suspexeris agmē: Obscuraq; trahi uento mirabere nubē. Cōtēplator aquas dulces & frondea semp. Tecta petūt: huc tu iussos aspergе sapores: Trita melisphylla: & cerinthæ nobile gramē: Tinnitusq; cie: & matris quate cymbala circū. Ipse cōsident medicatis sædibus: ipse intima: more suo sese i cunabula cōdent. Sic ouidius hoc in loco sequutus tinnitus inquit: & cauo trūco cō

PAV. MAR.

ditas:cũ id muneris baccho uellit assignari. Liber:bacchus. Colligit errantes:eas scilicet apes tinnitus sequutas. Et claudit in arbore inani:uacua hoc est in cauo arboris trunco.siue in ipso alueario. Et habẽt præmia mellis inuenti:habent laudem inuentionis mellis:nã uere laudes sũt uirtutis præmia. Vt satyri q degustauerant mella:capti ea dulcedine:inquirebant per siluas:si ea in cauis arboríb⁹ inuenissent:Sylenus:putauit ea inuenisse:cũ aduerteret faui similitudinem:eo tacit⁹ accessit. Crabrones:& uespæ infixere illi aculeos. Vt postquã. Satyri:q liberũ patrẽ comitantur. Et lenis senex:Sylenus de quo plura in primo. Tetigere saporem:gustauere sapore; mellis. Quærebant fauos:fl.uos flauentia mella. Per omne nemus:per omnis siluas. Senex:Sylenus audit stridorem. Examinis:hoc est apes stridentis:uel quas ipse apes putauit:cũ essent Crabrones:& uespæ. In ulmo exesa:caua quam uetustas exederat. Aspicit & ceras:nam & uespæ componũt ina nes ceras ad similitudinem fauí. Et dissimulat:quia uidebatur non uidisse:ne alii quoq; aduerterẽt.

Et ut pger:quia senex. Residebat tergo aselli pandi recurui:sedebat in curuo tergo aselli. Applicat hunc:asellum. Vlmo & cauis corticibus: non enim descendit ex asello:sed cum eo ad ulmũ accessit:& arborem ipsam ascendit. Ipse nixus:inixus arboris trunco. Constitit super ramoso stipite:super ipso trunco. Atq; auide:cum auiditate. Petit mella condita:quæ ipse illic esse existimabat. Trunco:ipsius ulmi. Coeunt crabronum milia:quasi innumeri crabrones conueniunt. Et defigunt:deorsum infigunt.

ANT. FAM. ¶Spicula:Aculeos quib⁹ affixis excitatur dolor & tumor. Limũq; inducere mõstrat: Vt in tuentes Sileni facies luto oblita; mouerentur ad risum:persuasit Silenout ad tollendum dolore; timoremq; ori & capiti limũ induceret:cuius legi apud scriptores ac medicos probatissimos luti genus mederi eiusmodi morsibus & haustum cum uino & illitum cum aceto. Splendida mella:Electa & pura qualia sacris adhiberi oportet. Pœmia cur præstet:Si quæris cur in Festo Bacchi fœmina potius q̃ uir populo liba suppeditet:ratio in promptu est:quia fœminarum ac menadum greges Bacchũ sequebantur quas thyrsos gerentes deus concitabat. Cõstat.n.bachum teste Diodoro peragrantem orbẽ duxisse exercitum non uirorum tantum:sz etiã mulierum. Vnde in multis Græciæ ciuitatibus cu; trietetia aduenissent mulieres i unũ conueniebant & uirg'nes thyrsos gerentes Liberum patrem hymnis & cantibus uenerabantur. Cur anus hoc faciat quæris: Quia uino senectus & gaudet & indiget ut lacte infantia:dicitur; unum lac senis.

Spicula defigunt oraq; prima notant:
Ille cadit præceps & calce feritur aselli
Inclamat socios auxiliumq; rogat:
Concurrunt satyri turgentiaq; ora parentis
Rident percusso claudicat ille genu:
Rídet & ipse deus limũq; inducere monstrat
Hic paret monitis & línit ora luto:
Melle pater fruitur líboq; infusa calenti
Iure repertori splendída mella damus:
Fœmina cur præstet non est rationis opertæ
Fœmíneos thyrso concitat ille choros:
Cur anus hoc faciat quæris: uinosior ætas
Hæc erat & grauídæ munera uitis amat:

PAV. MAR. ¶Spicula:aculeos. Vertice nudo:inudato:& detecto sileni capite. Et notant:signant aculeis:quẽ subitus tumor sequitur. Prima ora:uultum ipsum in superficie. Crabrones ex mulis: Vespæ ex asinis:fuci ex equis:apes ex bubus nascuntur:& de his quoque in primo. Ille:sylenus. Cadit præceps.decidit ex arbore cum capite deorsum. Et feritur calce aselli:asellus sileni casu exterritus illi⁹ genu calce percussit. Inclamat socios:ut ei ferant opem. Et auxilium rogat:rogando petit: ut ipsi succurrantur quia tollere se humo non poterat. Satyri concurrunt ad clamorem sileni. Et rident ora turgentia:uultum iam tumefactum crabronum spiculis infixis. Parentis:ipsius sileni senioris Ille syl. Claudicat genu percusso:quod calce percusserat asellus. Rídet & ipse deus:bacchus.

Non sine artificio fabellas huiusmodi immiscet poeta:quoniam ut in primo diximus: sacra & festa bacchi ioco & risu absoluebantur:seruat & ipse mortem in sacrorum descriptione:fabellas immiscet:quæ risum moueat. Et monstrat bacchus. Inducere limum:lutum hoc est superponere oris tumenti lutum:Hic:syl. Paret monitis:facit quod ille monuerat:& línit ora luto:ut augeret risu; de línit ille uultum luto. Pater:liber ipse. Fruitur melle:redit ad propositum:quod mella Baccho líbantur:nam eius est inuentum:ideo fruitur hoc est uestitur melle cuius usũ adinuenit. Iure:merito ígitur Damus offerimus:Mella splendida: nitentia. Infusa libo:de quo agebamus. Calenti:na; tũc plus mellis hausit. Repertorii baccho merito liba calentia melle infusa libero patri offeruntur:cui mellis inuentio assignatur:& a quo libamina ipsa dicuntur. Fœmina cur fœmina potius q̃ mares:huic liborum muneri præposita sit. Eamq; rationem affert quod secum bacchus puellas comites ducat tyrsum ferentis:& in græcia in festis triethericis: & in orgiis mulieres conueniunt cum tyrsis:& in choreis bacchantes. Non est optæ:sed aperte:non occultæ:sed manifeste rationis. Cur presit fœmina:cur fœmina sit:quæ ad liba populum uocet. Ille:bacchus. Concitat.cõmouet. Tyrso q̃ hasta pampinis inuoluta. Choros fœmineos:quo secum ducit:nam Ducebat Menadas ut Diodo.

ingt. Cur an⁹:nũc illuc q̃rit cur poti⁹ uetula:q̃ adolescẽtula:id faciat rõ ẽ:q; an⁹ pl⁹ appetit &pl⁹ uini hauriat:q̃ adolescẽtule.illa.n.senilis ætas cũ sit effeta &paꝛ sãguis hẽat & ob id frigeat.uino alit calet & uires suscipit uñ i puerbio ẽ uinũ eẽ lac senũ. Tu q̃ris cur anus: uetula. Faciat hoc.i.pñt libis. Hæc æ.se.s. Erat ul.magis hauriẽs uini:& sic magis ebria. Et.a.mu.ui.gra.amat ulna & uuas q̃ egrauida uite legũt.uñ uinũ exprimit. Vitis gra.p trãslationẽ a pgnãtib⁹:q̃a quoq; fetũ uit pparit.

Cur hedera hæc cícta ẽ:hedera gratíssia bac/
Hoc quoq; cur ita sit dicet nulla mora ẽ cho
Nyliadas nymphas pueꝛ querẽte nouerca
Hanc frondem cunis oppositse ferunt:

¶Cur hedera hæc cicta ẽ.oportebat eandã anũ ictã hedera liba populo mistrare. Hedera ẽ gratissima bacco:Ouid.in prio tristiũ De me meis hederas bacchica serta comis. Hac Alexander coronato exercitu ex India rediit exẽplo liberi pris:ut scri. Ply. cui⁹ dei thyrsos galeas &scuta thraces hedra ornabãt i solẽnib⁹ sacris:quã mi; ẽ(ut idẽ iqt)ullo in honoꝛ habitã eẽ cũ serpẽtiũ frigori sit gratissima & inimica oib⁹ satis:hic ẽ q; eam Plutar.tradit hominibus inutilem eẽ sterilemq; ac nõ temere in ædibus ali innasciq; pmissam. Sciendum apud lacedæmonios simulachrũ liberi patris coli solitũ hasta isigne nõ thyrso:cuius mucro hederate gebat:ut scribit Macrob.qđ ostẽdebat ipetus belli uinculo quodã patiẽtiæ obilgã dos habet eni hedera uinclẽ di obligãdiq; naturã. Ea i tutela liberi eẽ putabat auctoꝛ Festo qa ut ille iuuenis sp ita hæc uiret:uel qa ita oia sicut ille mẽtes hominũ alligat. Dicta ẽ ãt hedera q; hæreat:uel q; edita petat:uel qđ id cu adhæserit edat. Bacchi simulachrũ cornua gestabat ut dixius uel ut pteritas significaret & cõtumacia:uel qđ(ut Diodo.scri.)ferũt ãmonẽ Bacchi patrẽ usũ i bello galea cui⁹ isigne fuit Arietis caput. Vñ & Bacchæ cornua sumebãt & ceratophori dicebãt. Pueꝛ q̃rẽte nouer. Hãc frõdẽ cu⁹ &c. Iunone bacchũ infantẽ q̃rente;ut pderet:ferũt Iouẽ eũ dedisse Mercurio deferẽdũ ad antrum Nysæ urbis arabiæ cuius supra meminim⁹ ubi a nymphis sũmo studio educatus ẽ:quas autor hic fabulat oppositse iunoni frondem hædere cunis infantis ac arbore circũseptis.

ANT. FAN. He deta bacchogratissima.

PAV. MAR.

¶Cur hedera cincta ẽ q̃rit hederæ cãm:nã anus illa hedera cingit:& menades:& q̃cũq; baccho sacrificãtes hedera utebãt:poeta originem moris aucupat ab icunabulis bacchi:qm̃ nymphæ:q̃ educabãt cuna hedera:ne puer a iunone uideret. Veꝛ;p corona liber pr est usus hedera ad cuius exemplũ:ut inqt Ply. Alexãder hedera exercitu coronato uictoꝛ ex idia rediit sed ut Plut.oñdit flaminẽ dialem cõmittere piaculũ si hederã attigisset:nec iter inde facere posse:ubi umbraculũ aut arbustũ: desup.pmineret:& subdit rõnes. An hoc simile ei ẽ qđ dicit. De curru nõ eẽ:phoenici nõ isidere:scopam nõ trãscẽdere:ñ quod hæc Pythagorici uitãt. Sed qđ p hec ab aliis deterreãt. Nam qđ sub uitẽ ingredi phibẽt:ad uinũ referebãt:qđ sacerdoti ebriũ fieri nefas eẽt. Temulẽtis.n.uinũ supra caput est:& deprimunt oẽs ebrii:& humiles fiũt:cum hãc ipsam uoluptatẽ uincere oporteat.nõ ab ea uinci.Hederã uero tãq; sterilẽ:hoibus inutilẽ:& pp fragilitatẽ adminiculo alterius semp egentẽ: umbra solũ ac uiriditate oculos capiẽtem:nõ temere in ædibus ali atq; inasci pmiserũt. Quique q̃ plantes cõplexa maxime noceret:nec solo extirpari facile possit:quo fit:ut coelestiũ tẽplis penitus amoueat Nec in æde palladis athenis:ac thebis qs q̃ facile hederã uideat. Nocturnis uero sacris.& bacchanalibus adest. An & hoc quoq; misticũ quoddã signũ erat:ut a Thyasis ac reliqs baccbanatõibus abstinerent. Nãq; bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerit:ad hederã statim ferunt:& abreptã manib⁹ diuellũt. Dẽtibus lacerãt:ut nõ oino icredibilia dicere uideanq; asserũt hederã:qđ spiritũ hẽat:quo mẽtes in furorem cõciet:& loco moueat. Ebrietatẽ absq; uino iducere & hylares eos reddere: qui i furorẽ pcliues fuerint &c. Cur anus ipsa ẽ cicta hedera:cur eo die se hedera cingit:& coronã fert ex hedera rõnem mox subtũgit. Hedera est baccho gratissima:sed quare gratissima. Null⁹ mora ẽ dicere:nõ retardabor i dicẽdo hoc quoq; cur ita sit:cur lõge gratior cæteris frõdibus. Ferũt: dicunt.

Nymphas nysiades:a nysa urbe arabiæ:qbus ab ioue nutriẽdus est datur puer. Oppositse hãc frõdem cunis:quasi texisse cunas ubi puer iacebat hedera. Querẽte nouerca:dum quereret priuignum iuno:quæ eum perdere uolebat. Restat ut inueniam:secunda pars propositi. Eo bacchi festo mense martio:adolescẽtes nobilium filii relicta prætexta uirilem togã sumebãt:causas eas affert uel qđ adolescẽs bacchus fugere ẽ:uel qđ pater dicat:iure a patribus illi filios commẽdari:uel quia liber est. In eius festo libera accipiẽda toga:uti & illis liberior uita pmittit:uel qđ tum maxime dabat cum rei rusticæ uereres icumbẽtes urbem in festo bacchi repetebant:quo adessent. & eo die pueris toga daret. Verum ut rem altius repetamus:prætexta & bulla erãt illustrium puerog; uestes:quaꝛ altera magistratuum altera triũphantium erat. De quo uestius apud Theodosium hæc inquit. Tarquinius priscus:quem lucumonem uocitatum ferũt:rex tertius ab hostilio. Quintus a Romulo de Sabinis egit triũphum. Quo bello filium,suũ:annos quatuordecim natum quod hostẽ manu peussit ferat:& pro concione laudauit& bulla aurea:prætextaq; donauit insignies puerum ultra annos fortem præmiis uirilitatis & honoris. Nam sicut ptexta magistratuũ:ita bulla gestamẽ erat triũphãtiũ: quã in triũpho præ se gerebãt:iclusis intra eam remediis:quæ crederẽt aduersus inuidiam ualẽtissima. Hinc deductus mos ut ptexta & bulla in usum puerog; nobilium usurparẽt:ad omen ac uota concliãde uirtutis ei similis:cui primis in annis:munera ista cesserũt. Alii putãt eũdem priscum: cũ is statum ciuiũ:solertia prouidi principis ordinaret:cultum quoq; ingenuog; puerog; iter præcipua

duxisse:instituisseq; ut patricii bulla aurea:cum toga:cui purpura prætexitur: uterentur duntaxat illi quoq; patres curulem gesserant magistratū. Cæteris aūt ut prætexta tñ uterēt indultum. Sed usq; ad eos:quoq; parentes equis stipendia iusta meruissent. Libertinis uero nullo iure uti prætextis licebat. Ac multo minus peregrinis:qbus nulla eēt:cū romanis necessitudo. Sed postea libertinorū quoq; filiis ptexta cōcessa est:ex cā tali:quā. M. Lelius augur refert:q bello punico secūdo duūuiros dicit ex senatusconsulto:ppter multa pdigia libros sybillinos adisse:& inspectis his nūciasse in capitolio supplicandū:lectisternitūq; ex collata stirpe faciendū ita ut libertine quoq; quæ lōga ueste uterē tur:in eam rem pecuniā sumministrarent. Acta igit obsecratio ē:pueris ingenuis:itemq; libertinis: & uirginibus patrimis:matrimisq; pntiantibus carmē. Ex quo cōcessum:ut libertinoq; quoq; filii q ex iusta dumtaxat matrefamilias nati fuissent:& totā ptextā:& lorum in collo p bullæ decore gestarent. Verrius flaccus ait cū populus ro. pestilentia laboraret:essetq; responsum id accidere:quod dii despicerent: Anxiā urbem fuisse:qa nō itelligeret oraculū. Euenissetq; ut circensium die puer de cœnaculo pompā superne despiceret:& patri referret: quo ordine secreta sacroq; in arca pilenti cō posita uidisset:q cum rem gestā senatui nūtiasset. Placuisse uelari loca ea:qua pōpa uehereť. Atq; peste sedata:Puerum q ambiguitatem sortis absoluerat:togæ & ptexte usum munus impetrauisse: Vetustatis peritissimi referunt in raptu sabinaq;:unā mulierem nomine Hersyliam:dum adheret filiæ simul raptā:quā cum Romulus hosto cuidam ex agro latino:qui in asylum eius cōfugeratuit tute cōspicuo uxorē dedisset:nam natū ex ea pueq;:anteq; alia ulla sabinaq; partum ederet. Eūq; qđ primus eēt in hostico pcreatus hostū hostilū a mse uocitatū:& eundē a Ro. bulla aurea: ac ptextæ insignibus honoratū. Is. n. cum raptas ad consolādū uocasset:spopōdisse ferť:se eius ifanti:q prima fibi ciuē romanū eēt nixat illustre munus datuq;. Nōnulli credūt igenuis pueris attributū:ut cordis figurā in bulla:ante pectus annecterēt:quā ispiciētes:ita demū se hoies cogitarēt:si corde pdarent. Togāq; ptextā his additā:ut ex purpure ruboř ingenuitatis pudoř regerent. De bulla aūt Plutar. prob. Cicero cur pueros monilibus q uocāt bullas exornāt. An honoris raptaq; cā:ut alia multa:sic & hoc cōstitutū eē uoluerūt:his quos ex eis susceptissent. An Targnii uirtutē honorādam putarūt ferūt. n. Targniū cū puer adhuc eēt in plio aduersus latinos:& etruscos:i hostes impetū fecisse:cūq; ex equo defluxisset excepto hostiū ipetu:romanos cōfirmasse:hostibus in fugā cōuersis. Cūplusq; lx. milia hostiū eo plio cecidissent:hoc a pre:& rege decoris isigne accepisse. An apud maiores nros spectosum fuū donare:turpe. Nō existimabať:quēadmodū nunc quoq; comediæ testimonio sunt. Pueris aūt liberis uehemētius abstinebāt ac si forte accideret:ut in pueros nudos iciderēt:ne ambigerēt:hoc isigne liberi ferre cōsueuerūt. An uel ad molestiā cōseruādā hoc ēt ptinet & intēperētiæ:ac flagitii frenū ē cū uiq; agere eos pudeat anteq; puertiæ isignia deponāt. Nā qđ Var. scribit uerissimi le. nō est:cū æoles bullā boliā pferāt. Hoc cōsulis isigne pueros iduī solere. Sed uide ne hoc quoqppp luna ferāt:nā lunæ figura:cū pleniluniū est nō globosa ē. Sed lētis formā oñdit:& quēadmodū opi nafempedocles illud ēt:qđ subiectum ē:nō mō qđ apparet. Hæc diximus de bulla si ptexta:qua ratione pueris data:ut itelligereť. In adolescētia uero flicta ptexta:utrilē togā sumebāt:ea erat liberior uestis p liberiore ætate. Inde in tristib⁹:liberior fratri sumpta:mihiq; toga. Ea. s. rōne:q; puerilia oia deponerēt:& utrilia iduerēt:essentq; uitæ liberioris:sed ad poetam redeamus.

ANT. FAN. ¶Quare to. li. de. Luce ge. pu. can. bac. tua:

Restat ut inueniā quare toga libera deť
Luce geri pueris candide bacche tua:
Siue q; ipse puer semp iuuenisq; uideris

Virilē togā iduebāt in festo bacchi Toge mēsura ptexta

Quiti. q mirať scripsisse Pli. secūdū Cicero. Id facere solitū uelādaq; uaricū gra. Fuit āt iusta togæ mēsura sex ulnaq;:ut ait Porphy. q uestē iduit Virg. auct. Ser. cū eēt ānoq;. xvii. & Augu. cæ. (ut ait Sueto.) libris senatoq; ptin⁹ pmisit induere ut celerius reip. assuescerēt. Sed urebāť pueri āteq; utrilē sumerent togam alii prætexta tñ:quæ olim regū & magistratuū fuit ut Diomedes grāmaticus scribit. Alii toga ptexta patricii dūtaxat atq; hi quoq; patres currulem magistratū gessissent:ut ait Macrob. Id aūt amictus genus:cui purpura ptexebať:ut ex eius rubore pueri ingenuitatis pudore re

Toga libera.

gerenť ab. A. Gel. toga dicitť. Virilis uero toga ideo libera dicitť unde ē illud Propertii. Ante deos libera sumpta toga es:qđ q eam induissent liberius uiuerēt. Statius in sijuis. Quem non corrūpit pubes effrena nouaq; libertas properata togæ. Postea uero toga in usum uenit pauperū tñ ut qbusdam placet:quos interdū Martialis togatos uocat:& fœminæ adulterii conuictæ cogebanť togatæ In publicū procedere:ut scribit Porphyrio. Sumebant aūt pueri togam uirilem in festo liberi patris ob ætatis conuenientiam:quæ pueris ē iam maturis togæ sumendæ cū hoc deo:cuius ætas media dicitť inter puertiam & iuuentam:uel ut cōmendarentur a parentibus libero:quem Romani patrem uocāt:ut quos pedagogi cura destituit numinis tutela susciperet:uel q dicere uidebať in festo liberi patris sumi ab his liberā togā q liberioris uitæ iter igrederenť:uel ut adolescētiū freqntia ludis libe r libus nō deesset:cū ad eos multi nō religiōe sed togæ sumēdæ studio cōuenirēt. De ptexta toga p

PAV. MAR. texta & bulla pueroq; lege Macrobiū: Cōstat aliqñ togā anno. xxiiii. sumi solitam.

¶Restat:supest, Vt iuuentā gre deť toga libera:q rōne liberior uestis deť. Pueris:adolescētibus:nō enim in puerili ætate:sed in adolescētia dabať. O cādide bacche tuis luciferis:tuis festis. Siue quod ipse puer:uel qđ semp tu uideris adolescēs. Semp iuuenis:ex his duabus ætatibus:hoc est puero & iuuene:erit adolescens:quia nec penitus puer:nec oīno iuuenis.

Et media est ætas inter utrūq; tibi:
Seu quia tu pater es:patres sua pignora natos
Commendat curæ numinibusq; tuis:
Siue q; es liber:uestis quoq; libera per te
Sumitur:& uitæ liberioris iter:
An quia cū colerent prisci stndiosius agros
Et faceret patrio rure senator opus:
Et caperet fasces a curuo consul aratro
Nec crimen duras esset habere manus:
Rusticus ad ludos populus ueniebat in urbē
Sed diis:nō studiis ille dabatur honor:
Luce sua ludos uue cōmentor habebat
Quos cum tædifera nunc habet ille dea:
Ergo ut tyronū celebrare frequentia possit:
Visa dies dandæ non aliena togæ est:
Mite pater caput huc placataq; cornua uertas
Et des ingenio uela secūda meo:

¶Media ætas:adolescētia media inter pueritiam & iuuētam. Seu qa tu pater es:romani auctore Macrobio Martē ac liberū unū eundemq; deum eē uoluerūt & utrūq; pris appellatione uenerati sunt ut diximus supra. Vñ illud est. Huc pater o leneæ ueni. Seruiº. Pater inqt licet generale sit oīum deoq;: pprie tñ libero semp coheret:nam liber pater uocatur. Senator:senatores quoq; māibº olim agri colebanť:sed & cōsules iperatoresq; idē faciebāt gaudēte terra ut inqt Ply. uomeť laureato. Diis nō studiis:religioni ac deoq; cultui nō cupiditati & uoluptati. Vuæ cōmentor:cōminisci a con & mente dictum putatur cū ea fingunť in mente q nō sunt. Hinc ē qđ cum cōminiscētes noua excogitemus & iueniamus. Cōmentor hic p iuentore ponitť. ANT. FAN. Cōminisci.

Quos cum tædifera nūc habet ille dea. Cerere cuius sacerdotes cum facibus discurrebant sicuti & dea fecerat ad filiam indagādā. Papinius: Tuq; actea Ceres cursu cui semp anhelo uotiuam taciti lassam⁹ lampada mystæ. Huius deæ sacra romanos liberalibus cō iunxisse aperte qdem auctor oñdit hoc loco sed & Virg. haud occulte q̄is nō itellectus a Sacra Cereris liberalibus con iuncta

Seruio in primo geor. ut Cūcta tibi Cererem pubes agrestis adoret Cui in lacte fauos & miti dilue baccho. Et lateter Claudianus q bacchum ex adytis Cereris egrediētem inducit. Bacchi noia diuersa sunt a græcis ac latinis deducta uocabulis:quoq; rōnem ab aliis hoc tpe nō male traditam silentio pterimus. Tyronum:adolescētium:quāuis tyro est nouus miles. Tyro

¶Ideo subdit & media ætas ē tibi inter utrūq;:inter puertiā & iuuentā sic erit adolescentia ergo qa adolescēs bacchus fingitť:in eius festo adolescēti toga datur. Seu qa tu pr es:uel qa liber pater dicteris. Patres cōmendāt sua pignora natos:hoc ē ipos filios. Curæ & numinibus tuis. tuo numini & tutelæ filii cōmendanť:iure eo quo pater diceris. Siue qđ es liber:qa a libertate tu liber diceris:& sub tuo patrocinio sunt:urbes & populi:quibus tu auctor es libertatis. Vestis quoq; libera:toga ipsa liberior. Sumiť p te:hoc ē p libertatem tuam cui tu qdem præes:& sumiť iter uitæ liberioris:nā tum primū illa ætas:succūbere pedagogo definit:& paternā quoq; renuit disciplinā. An qa cū prisci ueteres ipsi. Colerēt agros studiosius. maiore diligētia:& cura rē rusticam exercēt:& Senatº ipsi senatores. Faceret opus:pscinderet terram offenderet sereret:& quod in primo lib. dixerat: Pascebatq; suas ipse senator oues:& Ply. inqt:& ipsoq; tunc manibus imperatoq; colebāt agri. Rure patrio:agello paterno. Et cum consul caperet fasces insignia magistratus. A curuo aratro:dum proscinderet agrum:ut est illud Plynii serētem inuenerūt dati honores:sacraq; :unde cognomē Arantii quattuor sua iugera in uaticano:quæ prata quintia appellāť cincinato usitator attulit dictaturam: sed plura in. i. lib. in eo uersu Iura dabat populo posito modo consul aratro. Nec esset crimē:quasi non habereť turpe. Habere manus duras:duratas assiduo labore agricolationis. Populus rusticus:qui ruri erat. Veniebat in urbē ad ludos:diebus festis urbem tepetebat ex agris:ut ludis itereset. Sed ille honor:ludoq;. s. & solēnis celebritatis. Dabať diis non studiis:quasi celebrabant diem festum in honorem deoq; immortalium:non ad explenda desideria illorum:qui tunc in urbem redibant & si ueniebant:ut ludos illos uiderent:tamē non deorum causa:sed deoq; immortalium exhibebantur.

Commentor uuæ:bacchus:qui ex uuis uinum exprimere:& seruare in usum docuit nam commētum dicimus fictum:ut in meta. cōmētaq; funera narrat. i. ficta & cōmētum aliquē in aliqđ dicimus cum multa fingitť:& cōponit. quæ ptineāt ad illud aperiēdum:& dilucidādum. Sic cōmētorem uuæ bacchū dicemus:q occultum in ea fructum aperuit:& rationē ostēdit. Habebat ludos sua luce:suo die festo exhibebanť sibi ludi. Quos nunc ipse hēt cum tædifera dea:q hoc tpe sibi & cereri simul eduncť. Prius. n. soli baccho fiebāt:posteritas illos cum cerealibus iūxit:nec ab re cū Dionysiº secundus cereris filius creditus sit:ipsaq; ceres tædifera dicitť:qđ tæda accēsa:filiā pserpinā quærebat. Sacerdotesq; etº tæda quoq; sacra celebrabāt:unde appellati sunt ΔαΔούχοι. a ΔασΔαΔοσ quod est tæda & ἔχω habeo. Ergo ut frequētia tyronū:ut multitudo adolescētiū frequēs ex agris in urbē redeūt. Possit celebrare:celebrē reddere diē. Dies:hæc. s. qua festū bacchi celebrať. Non est uisa

PAV. MAR.

aliena:sed conuenlẽs. Dandæ togæ:qua toga adolescẽti daretur. Tyronum:dixit p translationẽ a nouis militibus:nam tyro nouus miles:sic eos adolescẽtes tyrones uocat. Mite caput:bacchũ pca turus:ut fauear:quo fauente eius numine cœptum opus:psequar. O pater:o liber o bacche. Vertas huc:ad me. Caput mite:lene & benignum. Et cornua placata:non tumida:non irata: sed quieta: & lenia. Et des uela secũda ingenio meo trãslatio a nauigãtibus:hoc est aspirato meo ingenio:quo prospero cursu psequar:& ad finem deducam inchoatum opus.

ANT. FAN. Argeos

Itur ad argeos:Numa põpilius multa loca:ut Liuius scribit sacris faciẽdis dedicauit: quæ argeos pontifices uocabãt:quos Varro dictos putat a principibus q cum Hercule argiuo uenerũt romam:& in saturnia subsederunt:de qbus suo loco plura dicem⁹. Ad eos flaminica dialis cum iret nec capillo depexo ut apud A. Gel. legimus in his locis &. xvi. &. xvii. calẽdas Apriles Romani rem diuinã faciebant. Stella lycaoni im uergit decliuis ad arcton miluus. Hæc stella. xy. calẽ. aprilis ostẽdit ita liæ teste Plynio:quam qdam dicũt hoc tpe cum libra in ortum chronicum tolli.

Itur ad argeos(qui sunt sua pagina dicet)
Hac sicut memini præteritaq; die:
Stella lyconiam uergit decliuis ad arcton
Miluius: hæc illa nocte uidenda uenit:
Quis dederit uolucri si uis cognoscere cœlũ
Saturnus regnis a ioue pulsus erat:
Concitat iratus ualidos tytanas in arma
Quæq; fuit fatis debita tentat opem:
Matre satus terra monstrum mirabile taurus
Parte sui serpens posteriore fuit:
Hunc triplici muro lucis incluserat atris:
Viscera qui tauri flammis adolenda dedisset
Sors erat:æternos uincere posse deos:

Miluius orit. xy. calen. apri.

Miluius aũt auis(ut idem auctor scribit)e genere accipitrum est:quæ ẽ uis rapacissima sit ac semp famelica nihil tñ esculenti unquã rapuit ex funerũ ferculis:nec Olympiæ ex ara Eadem flexib⁹ caudæ uidet docuisse gubernandi artem in mari:quæ in cœlum trãslata (ut autor hic fabulat) uergit ad septẽtrionẽ & in ortum fert:ut Ouid. tradit hoc loco. xv. calen. apriles.

Titanes

Iratus: Saturnus infestus ioui qui eum regno delecerat. Validos titanas:gigantes. Hos(ut ait Ser.)irata terra aduersus deos creasse dicit in ultionẽ. Vnde & titanes dicti apotis tiseos idest ab ultione. Alii aliter fabulant. Tentat opem:ut imolet taurus monstrosus terræ filius: cui⁹ mactator poterat uincere deos imortales. Lege fatoq; si adoleret eius monstri uiscera.

PAV. MAR.

Itur ad argeos:eodem die:quo bacchi sacra solẽnia fiunt:& die q pcessit:itur cum pompa ad templum castoris & pollucis:de quo templo diximus circa finem primi libri. Itur cũ pompa. s. Ad argeos:ad argeoq; hoc est laconicoq; deoq; templa: Verum & Varrone & Pompeio teste Argeos uocabãt scyrpeas effigies:quæ p uirgines uestales faciebant singulis annis in tybrim:de quo dicemus in qnto lib.& Argea ut Pomp. asserit loca romæ appellant:qd in his sepulti essent:qdam argiuorũ illustres uiri:hoc aũt in loco poeta de Castore & Polluce itelligit:uel ab argis:seu ab ipsis argeis:nã ut arbitror:ipsa loca ubi postea consecratum fuit sacellum hoq; numinum apud aquã luturnã appellata fuere argea. Nam ad radices pallãtii. Qui sint argei. s. Dicet sua pagina:ubi inscripta sunt festa stata. Nam in uetustissimis monumẽtis:inscriptio huius diei est:pompa ad tẽplũ castoris:& pollucis duobus cõtinuis diebus. Sic dicet sua pagina. ubi est ea inscriptio:& iterius quoq; repetet ipsorũ deoq; noia. Itur hac die & pterita:quia. xyii &. xyi. calẽ. pri. Sicut memini:hoc dixit:qa erat i ponto:& diu nõ iterfuerat his festis. ideo sicut memoria repeto. Stella lycaonis am:ea nocte quæ sequit oritur miluus:& Ply. inqt miluum italiæ ostendit. xy. calẽ. april. Sic a poeta non discrepat stella ẽ in septentrionali parte cœli:cuius fabula hæc refert. Saturno ab ioue pulso:titanes oui bellum intulerunt. Pepererat q; terra horrẽdum monstrum anteriore parte taurum posteriore anguẽ. Quod ita monẽtibus parcis stygis ẽ aquis intercluſum. Cũq; fatum eẽt:q beluæ adoleuissẽt exta:deoq; imperio potiturum briareus mactauit. At miluius exta ioui rettulit:p quo beneficio iuppiter iter astra collocauit. Miluius stella:quem in stellam mutauit iuppiter. Vergit decliuis:pna sese inflectit.

Ad arcton lycaoniam:ad ursam lycaonis filiam:de qua in secũdo. Hæc stella. Venit uidẽda illa nocte:quæ diem pompæ sequit. ea quidẽ nocte se ostẽdit. Si uis cognoscere:scire cupis. Quis dederit cœlum uolucri:qs miluium iter astra collocauit. Saturn⁹ erat pulsus regnis:a ioue. Iuppiter filius patrẽ regno deiecit. inde ẽ apud Vir. Arma iouis fugiẽs:& regnis exul ademptis. Iratus: Saturnus. Cõcitat i arma:i bella cõtra ioue. Validos titanas:ffes suos. sed poeta itelligit de gigantibus in subsequẽti libro de titanibus agemus. Et tentat opẽ:auxilium. Quæ fuit debita fatis:quæ fatali necessitudine debeat:illi maxime q monstri illius exta adoleuissẽt. tẽtauit ergo eam opẽ imolationis beluæ. Fuit fatus matre terra taurus parte sui:belua quæ anteriore pte erat taurus nata ẽ ex terra p appositionẽ. Monstrum mirabile:hoc ẽ monstrosa belua admiratione psequẽda. Posterio ra:parte. s. fuit. Serpẽs:incipiebat a tauro:& desinebat in anguẽ. Stix:inferna palus. Violẽta:pterea: qd ẽ irremeabilis unda. Incluserat atris lucis:in obscuris siluis. Hũc:taug; & anguẽ. Triplici muro:triplici muroq; ambitu. a Marone locũ accepit Mœnia lata uidet triplici circũdata muro

Monitu trium parcaq;:ita parcis iubẽtibus quæ tres sunt Cloto lachesis atropos. Hæ quæ dispẽsãt mortalia fila sorores. Erat sors:erat responsum. Vñ ẽ hinc lycie sortes. Qui dedisset uiscera tauri adolenda flãmis:qui taurum illum mactasset:& intestina cremasset:nam adolere interdum cremare est:ut uerbena sque adole pingues:& mascula thura. Posse uincere deos æternos: superare deos bello:& potiri eorum imperio. Briareus:de quo Virg. Et centum geminus briareus. & Hora. centimanus gigas unus ex terræ filiis.

Immolat hũc briareꝰ facta est adamãte securi
Et iamiam flammis exta daturus erat:
Iuppiter alitibꝰ rapere imperat:attulit illi
Miluius: & meritis uenit in astra suis:
Vna dies media ẽ:fiunt cũ sacra Mineruæ

ANT. FAN. Briareꝰ

Immolat huic briareus facta ex adamante securi:briarensi q & ipse monstrũ ẽ monstro sum animal domuit:terræ filius. Sæpe enim euenit ut monstrũ monstri opa & impii manibus occidãt impioq;. Briareus ẽm fabulas cẽtimanꝰ fuit & ipse ẽ ægeon. Est aũt inenarrabilis adamãtis duritia ut ait Ply. qd eius gẽmæ nomẽ oñdit: dictæ ab a particula priuatiua & samazo quod ẽ domo cuius uis cũ ferrum ignemq; contẽnat hircino rumpit sanguine calido & recẽti. Iuppiter alitibus rape imperat. Recte dicimus impero tibi certare:& impero re certare. Vna dies media est & fiũt sacra mineruæ xiii. calẽ. aprilis. Quinquatrus mineruæ celebrant dictæ auctore Festo q; post diem qntum iduum celebrent ut triatrus sexatrus & similia. Primus. n. dies quinquatruũ qntus post idus inuenit. Quitum aũt dicimus exclusis idibus nõ comphensis ut sæpe fieri consueuit. Sic Ouid. supra tertia post idus lux ẽ celeberrima baccho. Vbi nisi. xyiii. diem mẽsis accepis primũ qnquatruum diem nõ qntum ab atro:sed quartum inuenies. Quinq; aũt diebus mos fuit qnquatrus celebrari quoq; primꝰ erat qdem expers sanguinis q; eo die Mineruam natam existimarẽt:reliqs uero in harena gladiatores nudis ensibus pugnabãt:ut Hæc est armiferæ festis de qnq; mineruæ Quæ fieri pugna pria cruenta solet. Quo tpe (ut inqt Porphyrio) pueri ludis insatiabiliter utebant:& qdam teste plynio putandas generosaq; uitium pgulas tradiderũt. Sunt aũt q a quinq; & atro quinquatrus uolũt nomen accepisse qd primum qnq; festoq; mineruæ quintum ab atro die sit qui post idus inuenitur. Sed his A. Gel. auctoritas reluctat q docet qnquatrus dictas q; quinq; ab idibus dieq; numerus sit: atrus uero nihil significare:& eẽ nois supplemẽtum. Alii a quinq; dieq; numero quinquatrus:qd Pallas a romanis hoc tpe nõ uno tm̃ die colebat sed quinq; coniunctis:qd nõ placet. Scire aũt debemus non modo qnquatrus dici genere fœminino. Vnde ẽ illud festi. Minusculæ quinquatrus appellabantur idus Iuniæ. Et illud Ciceronis ad. M. Cælium ita tumultuosæ cõciones ita molestæ qnquatrus adferebant:sed & qnquatria neutro Cornelius Tacitus: Vtq; quinq̃tria qbus apte eẽnt ifidiæ ludis annis celebrarent:& quinquatres quinquatrium uitili genere teste Prisciano.

Quinq tria mineruæ xiii. cal. apri.

Quinq tria qnq̃tres

PAV. MAR.

Immolat hunc taurum. s. Secuti facta ex adamante: ex lapillis inuiolabilibus quorum:ut inquit Plynius. Duritia inenarrabilis est simulq; ignium uictrix natura:& nunq̃ incalescens. Vnde & nomen interpretatione græca indomita uis accœpit:& paulopost subdit. Siquidem illa inuicta uis duarum uiolentissimarum naturæ rerum:ferri igniscq; contemptrix:hircino rumpitur sanguine:ac ne aliter:quam recenti calidoq; macerata:& sic quoq; multis ictibus. Tunc etiam præterquam eximias incudes: malleosq; ferreos frãgens:cuius hoc ingenio quoue casu repertum: aut quæ fuit confectura experiendi rem immensi secreti:& in fœdissimo animalium omnium:profecto muneris talis inuentio hominis est. Nec quærenda in ulla parte naturæ ratio:sed uoluntas: ut cum fœliciter rumpere contingit in tam paruas frangitur crustas. ut uix cerni possint. Expetuntur hæc a sculptoribus: ferroq; includuntur:nullam non duritiam ex facili cauantes. Hæc diximus:ut credatur fieri posse securim:immixto adamãte. Tali igitur secuti briareus beluam imolauit. Et iam erat daturus exta flãmis:quasi tunc:tunc cremare uolebat exta. Iuppiter imperat alitibus:auibus. Rapere:iperat ut ni diripiant exta antequã adole ntur ab illo. Attulit:exta. s. Illi:ioui. Miluius & uenit in astra suis meritis:quia eo beneficio iuppiter astris intulit. Dicimus miluium:& miluum quem inter accipitrum genera refert Plv. & illud de eo inquit:Notatum in his rapacissimam ac famelicam semper alitem nihil exculenti rape unq̃ e funerum ferculis:nec olympie ex ara:ac ne ferentium qdem manibus:nisi lugubri municipioq; immolantium ostẽto & reliqua ob id quidem fabulæ locus datus est: eripuisse exta ab ostẽtosa briarei immolatione. Milui & ipsi hybernis mẽsibus latẽt:non tamen ante hyrũdines abeuntes. Vna dies media. xiii. calen. apriles. hoc est decimo nono die martii:incipiunt quinquatria mineruæ:quinq; diebus continuis celebrant:qua quidem ratione:multi putarũt a quinario dierum numero quinquatria dicta. Alii a quinquatro die. de quo Pom. Quinquatrus festiuus dies dictus:q; post diem quintum iduum celebraret:ut triatrus:& sexatrus:& septematrus:& decematrus:uel decumatrus. Et Varro ait Quinquatrus hic dies unus:ab nominis errore obseruatur: proinde ut sint quinq; dictus:ut ab Thusculanis post diem sextum iduum similiter uocat sexatrus: & post diem septimum septimatrus:sic hic quod erat post diem qntum quinquatrus. Hæc Varro at ille fuit error:cum numerẽt ab idibus:quandoquidem numerari debuit ab atro:hoc est ab iduũ postridiano. Verum hæc quinquatria festa poeta ita dicta ostẽdit a quinq; diebus iunctis. primo. n. die

fiebant sacrificia: tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant qnto die: erat lustratio tubarũ sonitu: & sacrificia quoq; fiebãt. Secũdus qnquatriũ dies & primus gladiatoriæ pugnæ clarus ẽ ortu ipsius nasonis. Eo. n. die natus ẽ: nam ut in q̃to tristium iquit. De natali suo: & ffis intelligẽs Lucifer ambog; natalibus affuit idẽ. Vna celebrata ẽ p duo lĩba dies. Hæc ẽ armiferæ festis de gnq; minerũæ quæ fieri pugna prima cruẽta solet. Vna ẽ dies media: iter ortũ missui & primũ diẽ q̃nquatr. una interponit ẽdies: & sic significat. xyiiii. diẽ mẽsis. Et fiunt sacra mineruæ: sacrificia palladi.

ANT. FAN.

¶Nomina quæ adiunctis quinq; diebus habent: causẽdum ne putemus hoc loco errare nasonem & a doctissimog; scriptog; traditione dissentire. Non enim dicis Quinquatria a quinq; dieg; numero appellata quod mineruæ sacra diebus quinq; celebrent: sed docet quinquatrus noie nõ solum hunc diẽ uocari qui primus quinq; dierum est & quintus post idus sed quattuor dies adiũctos. Vnde illud est Iuuena. Et totis quiquatribus optat. Sensus ergo ẽ: sacra fiunt Mineruæ q̃ habẽt gnquatruum noia quinq; diebus adiunctis. Nõ errauit hic quidam Iuuenalis iterpres cuius deus omnipotens misereatur nuper eni excessit e uita. Eius uerba hæc sunt quiquatria dies sacri Mineruæ qui diebus quiq; celebrabant: ut Ouidius docet ita appellata: quoniã quinq; diebus post idus fiebant. Varro quantum ex eius loco q̃uis mutilatio colligit a Festo atq;. A. Gel. non dissentit. Errore enim factum uult ut quinquatrus dictæ credant quod quiq; dies sint. Sed ut idẽ inqt quẽadmodũ sexatr⁹ & septimatr⁹ nomen acceperũt: ñ quod sex septemue dies sint: sed quod sexatrus post diem sextum idus. Septimatrus post septimum sint: ita quiquatrus appellata est dies quæ post diem quintũ erat. Altera tresq; super strata celebrantur arena. Sternebatur arena in theatris ubi gladiatores pugnabant necnon & alibi. Vnde per arenam theatrum accipimus uel alia loca ubi eiusmodi spectacula exhibebantur.

Arena p theatro

Ensib⁹ exertis bellica æta dea ẽ: expeditis & euaginatis ensibus. Est aũt exertis participiũ a passiuo eius uerbi quod ẽ exero. Qui bene placarit pallada doctus erit: quia pallas & bello præest ut mars ac bellona dicitur & est artium dea: poterit & rei bellicæ scientiam præstare & artium quibus in pace utimur. Lanam mollire puellæ discant: conciliata dea lanifici artiumq; omniũ & prudentiæ quã metapontini teste Iustino panificiis aliquando iratam placarunt. Dicitur autem Minerua & bellorum dea & prudentiæ: quia uires sine prudentia ut inquit Porphyrio nõ tantum uanæ sunt uerum etiam sibi aduersariæ. Eadem arcibus præesse dicitur: quia fertur nata e iouis capite. Stantes radio percurrere telas: radius instrumentum est quo sub tegmen stamini a textoribus interponitur: est & uirga qua geometræ interdũ lineas ducũt. Stãtes aũt dicit qa stamẽ a stãdo nomẽ accepit ut auctor ẽ Varro qui etiã scribit subtegmen dictum quod subit stamini. Id & tramam uocant: quãuis idem Varro uestimẽti genus tramam eẽ doceat: dicti q; id frigus tranet: densumq; a dentibus pectinis nominatũ oñdat qbus feritur. Qui maculas læsis de uestibus aufers: fullonem dicit. q a græcis snaphys uocat. Artem fullonĩam Nicias megarensis inuẽit teste Plynio.

Minerua dea bellorũ & prudentiæ. Radius Stamẽ Subtegmen Trama

PAV. MAR.

¶Et habet nomina quinque diebus adiunctis: nam quinquatria dicta ab ipso quinario dierum numero. Prima dies uocat sanguine: non effunditur primo die sanguis: quia abstinent eo die a pugna gladiatores. Nec fas: non licet. Concurrere: congredi: & confligere. Ferro: armis. Causa: quare non concurritur. Quod minerua est nata illa die: putabãt eo die e iouis uertice natã mineruam. Altera tresq; super: quattuor sequentes dies. Celebrantur: a gladiatoribus ipsis. Arena strata: arena theatri: quæ sternebatur cum digladiandum erat: & aliis quoque spectaculis. Vnde apud Iuuena. Et latum media sulcum deducit auena. Dea bellica: pallas quæ bellis præest. Est læta ensibus exertis: experimento: & exercitatione ensium in theatro. Pallada nunc: hortatur unumquẽq; uel litteris: uel aliis quibuscunq; artibus deditum: ut festa celebrent: & placent pallada pueri: quo litterarum studio proficiant: puellæ: quo lanificio: & sic ĩ cæteris. O pueri & teneræ puellæ ornatæ: colitæ: & celebrate. Pallada: palladis numen. Qui bene placuit pallada: q sacrificiis placauerit & proprium sibi fecerit palladis numen. Erit doctus: quãcũq; scilicet uoluerit artẽ. Puellæ discant mollire lanam quasi exercere lanificium. Pallade placata sacrificio scilicet & donis & pcib⁹ nam ea est lanificii dea. Et exornare plenas colos: nere lanam. Tunc enim exornantur colus: cum filantur pensa. Illa ẽt erudit: instruit & docet. Percurrere telas stantes firme manẽtes. Radio: quasi docet texere panuum: cum tenta in longum fila: percurruntur radio: qui cum alio filo interlicitur. Deinde pectine pendenti ad coniungenda: densandaq; fila ipsa uerberantur. Ideo hic. Et densat: densare docet. Opus: ipsum pannum: nam quod rarum est spissum facit inculcando. Pectine: pectinis percussione. Cole hanc: pallada. Qui aufers auferre uoles: aut soles. Maculas de uestibus læsis: infectis. i. Colite eam fullones: qui uestes & pannos ab omni macula expurgatis. Cole hanc pal. Quisquis paras æna: uasa ærea. Virgilius litore æna locant.

Nomina quæ adiunctis quinq; diebus habent:
Sanguine pria uacat: nec fas cõcurrere ferro
Causa q̃ est illa nata minerua die:
Altera tresq; super strata celebrantur harena
Ensibus exertis bellica læta dea est:
Pallada nũc pueri teneræq; ornatæ puellæ
Q ui bene placarit pallada doctus erit:
Pallade placata lanam mollire puellæ
Discant & plenas exonerare colos:
Illa etiam stantes radio percurrere telas
Erudit: & rarum pectine densat opus:
Hanc cole qui maculas lesis de uestib⁹ aufers

adiunctis

¶Velleribus quisqs aena paras: suadet his q lanas tingere cõsueuerũt ut Palladem colãt. Vincula plantæ. calceos a qbus pedes uinciunt. Eog; sutores non sunt p prie cerdones dicendi. Cerdo enim generale nomen eog; ẽ qui artificio lucrum queritãt ut uocabulum oñdit: accipiturq; interdum p humili ac plebeio. Iuuena. Postq̃ cerdonibus eẽ timendus ceperat. Sit ficto doctior ille licet: ficium q dam existimant fuisse Ouidii tpibus pclarum artificem calceog;. Nobis placet Tychio legi qui ab Homero nobilitatus est in. yii. illados is cerdo excellentissimus multa fabricauit & pcipue scutum aiacis. Antiquo manib⁹ collatus apeo: hic dicit fiueniſſe ad troiã equũ q i muralib⁹ machis aries uocat fuitq; fabricator Epe⁹: q Metapontini restant: qui in templo Mineruæ ferramẽta quibus is equum troianum fabricauit ostentant ut scribit Iustinus.

ANT. FAN.

Cerdo

Tychi⁹ Epæus

Troia ter capta.

Legimus enim in uita Sertorii Troiam ter captam esse. Primum ab' Hercule ob Laomedontis equos. Deinde p ligneum equum ab Agamẽnone. Tertio a Charidemo duce ppter equum qui in porta consistens ilienſibus eam claudere uolẽtibus impedimento fuit. Vos quoq; phœbea morbos qui pellitis arte: medicos dicit. quog; artis inuentorem alii Apollinem fuisse dicũt. ut Inuentum medicina meum. Alii Arabum Babylonis & Apollinis filium. Aegyptii eam apud ipsos repertam uolunt: ut Plv. scribit. Munera de nostris pauca: sensus est: Offerte Veneri munus aliquod ex his quæ a nobis accipitis. Sensu fraudata magistri: quia sæpe discipuli nõ recte intelligũt quæ magister sentit & docet. Quiq; cœlum: & astrologum accipe possumus & sculptorem. Sed magis placet astrologum accipi: qm̃ auctor subiungit. Q uinq; facis dota mollia saxa manu. Mollia saxa: sic Virg. in yi. æn. Excudẽt alii spirantia mollius æra. Facit enim sculptor egregius: ut æra & saxa mollissima uideantur. Horatius. Et molles imitabitur ære capillos.

Medicie inuẽtor

Mollia saxa.

¶Velleribus: quinq; pro tingendis: aut ptioso liquore inficiendis pannis uasa paras: sacrificiis placato pallada. Verum ut Plv. inquit: qui ex italia infecere lanas sardi: textilia fusum in lanificio Clestor filius aragnes inuenit Linum & retia aragne. Fulloniam artem nitias megarẽsis. Nec quisquã faciet bene uincula plante: nemo poterit bene facere calceos: tea enim sunt plantarum uincula a uincendo dicta: quia pedes uinciunt. Inuita pallade: quasi nisi pallas fauerit. Nam si illa aduersa repugnat frustra laborauerit cerdo. Sit licet ille doctior Tytio: eriam si eẽt in ea arte cerdonum omniũ præstantissimus. Aliqui legunt sit batio doctior ex eo quod Plynius dicat batium inuenisse Sutrinã Alii legunt pythio: quod qua ratione dicant nescio. nisi referant ad apollinem sandalarium. Ego autem legi: & qui me sequuti sunt. Idem fecere: sit tytio. Propterea quod apud Porphyrium legimus: Tytium quendam fuisse optimum calceorum magistrum. Ergo si sit ille tytio doctior: iuita pallade calceos non bene consuet. Et licet antiquo: si quis fabrili arte: aut architectura præstans Epæum architectum equi troiani superaret: si pallas irata sit: exercere artem non poterit. Et collatus, qui cõferret. Antiquo epæo sit licet prior: quãuis esset superior in peritia architecturæ. Epæus enim fuit fabricator equi troiani: Virgi. & Menelaus: & ipse doli fabricator epæus: & Cicero quoque asserit. Plynius uero inquit: epæum inuenisse equum ad troiam: qui nũc aries appellatur: in muralibus machinis. Erit mancus: quasi manuum ope carens aut imminutus: ut exercere suum munus nequeat Irata pallade: si illa irata sit: ergo id agendum ut placata sit. Vos quoq; phœbea: uos etiam medici libate palladi: ut medendi arte præstare possitis. Qui pellitis ægrotos: & ab his morbos auertitis. Arte phœbea: arte apollinea. Nam Apollo medice artis repertor traditur: sed de hoc in primo dictum. Referte pauca munera deæ libate & offerte dona palladi. De uestris: muneribus scilicet.

Troia ter capta.

Nec uos turba: scolasticorum scilicet. Pro his enim dictum est: qui sub feris magistris nihil profecerunt. Fraudata: decepta. Sensu: sententia & peruersa rerum intelligentia. Magistri fera: a feris minime differentis: indocti & inculti: fine ullis moribus: aut feri crudelis: qui nimium discipulos cædat quod alienum debet esse a liberis & bonæ indolis. Spernite: nolite uos aspernari: & contemnere numen palladis. Attrahit: ad se trahit illa. Nouos discipulos: qa præest studiis litterarum: & ingeniis fauet. Quiq; moues cœlum: alii ita dicunt. Nec spernas pallada tu astrologe: qui cœli motus perscrutaris. Alii quoniam subsequenter de pictoribus agit: pro sculptorib⁹ dictum putãt: præsertim cum cœlum sculptog; instrumẽtum sit: ut illud: cœlo fabricata myrõis. Verum quia subdit

PAV. MAR.

postea de statuariis:astrologos referrem. Et qui uris tabulam coloribus:hoc ē qui ustis coloribus tabulam pingis:nam magna pars colorum ex adusta materia fit: de quo late disputat Ply.li.xxxv.

Et qui facis saxa mollia docta manu. Vos statuarii:qui dura saxa in'quācūq; uultis formam uertitis:ideo mollia dixit quod ad summum artificium refertur: præsertim cum & minima quæq; liniamenta:& tenuia in maioribus referant. Ad id enim respexit:cum & Maro dixit. Excudent alii spirantia mollius æra.& Mar. Molles laudentur honores. Ergo uos omnes colite palladā:& illi offerte munera. Mille dea est operum:præest multis artibus & officiis:& operibus. Certe illa ē dea carminis: quasi præest & illa poetis scribēntibus carmina. Si mercor adfit amica studiis meis faucat mihi & studio meo si dignus uideor:cui illa faueat.

ANT. FAN. Mineruæ captæ ædes

¶Cœlius ex alto qua mons descēdit i equū
Aedes Mineruæ capite fuit ad radices mōtis
cœlii sic dictæ uel ob eius ingenium quod capitale:idest solers credit:uel quod uictis Fatalisis imago eius captiua romam translata ē:
uel q̄ ex hac æde quicūq; deprendebat furto aliquid abstulisse capitis pœnas pēdere lege cogebatur:uel qđ de capite iouis nata dicitur tpe quo Pindarus ex fabula auro inquit pluisse in insulam Rhodon. Licet qdam uoluerint teste Herodoto Mineruā eē neptūni ac paludis tritonidis filiam. Vnde Trito genia siue tritonia dicta ē auctore Lactātio grā
Tritōia matico. Alii tñ Tritoniā dictam putāt qa cū sit dea sapiētiæ in partes tres diuidit:intelligentiam p̄sentium. Prouidētiam futuror̄ ac memoriam p̄teritor̄. Festus Tritogeniā dictam tradit a ripa tritonis fluminis q̄ ibi primitus uisa sit. Diodor⁹ uero Cretæ fluuium inqt eē tritonem ubi minerua orta ē quam deam & Alalcomeniā dixerunt:ut ait Strabo
Tritogeniam
Alalcomenia ab Alalcomenis oppipo ubi qdam eam natā uoluerūt. Fingit aūt nata de iouis capite:uel qa naturæ ratione prudētia ois in capite ē. Vel qa uirtus Solis humanis mētibus prudētiam subministrās quā p mineruam accipim⁹ut scripsit Porphyrius teste Macrobio edita ē de summa ætheris parte:ac nulla rer̄ corporear̄ admixtione ab ipso ioue:idest a deo itellectum accepimus. Cicero auctor ē quinq; mineruas fuisse: quarum tertiam e ioue tñ genitam refert:q cum iunonem uxorē suā sterilem siue ref cōcusso capite Mineruā dicit edidisse. Natali suo:primo qnquatruū die quo deā natam uolunt

Cælius ex alto qua mons descendit in equum
Hic ubi nō plana est sed prope plana uia:
Parup licet uideas captæ delubra mineruæ
Quæ dea natali cœpit habere suo:
Nominis in dubio causa est capitale uocam⁹
Ingenium soles ingeniosa dea est:
Aut quia de capitis fertur sine matre paterni
Vertice cum clipeo prosiluisse suo:
Aut quia pdomitis ad nos captiua phalisci⁹
Venit & hoc ipsum littera prima docet:
An q̄ habet legem capitis quæ pēdere pœnas
Exillo iubeat furta reperta loco:
A quacūq; trahis ratione uocabula Pallas
Pro ducibus nostris ægida semper habe:

Cum clipeo suo:ut itelligas palladē ēt bellis pesse. Hora. Proximos illi tñ occupauit pallas honores p̄lis audax. Sgnificat aūt ægida q̄is & sit ægis e us pectoris munimētū. Signo:nota. C. littera quæ in pricipio ē & captiuæ & capite. Furta:figurate furta pro furibus ac sacrilegis ponit.

PAV. MAR. ¶Cælius ex alto:in cælio monte apud radices templū erat Palladis captæ:quod illi consecratum ē suo natali: hoc est primo quinquatr. die. Eo enim nata est:ut diximus. Sed cur capta dicatur: aucupatur quattuor causas. Prima uel quia dea ingeniorum est:& ingenium est in capite:uel quod e capite iouis exilierit. & a capite capta dicatur: Aut quia eius simulachrum e captis phalisci⁹ Romam aduectum est:aut quia capite plectatur:qui ex eius templo quid surripiat. Ego autem nisi a detractoribus lesæ maiestatis arguerer:dicerem captam miueruam:quod illi eo die:eo in loco legitime cōstituto auctoritate senatus a pontificibus consecrato:potissimum sacrificetur. Nam Pomp. Fe. teste captum locum dicimus ad sacrificandum legitime constitutum, Licet quāuis. Videas parua delubra templa. Mineruæ captæ:sub appellatione captæ Palladis consecrata. Qua mons cælius: de quo superius diximus in hoc libro. Descendit ex alto in equum:quasi uergit ex summitate in planum. Hic ubi uia non ē plana nō ē omnino plana:sed in ipso mōtis cliuo. Sed prope: quasi. Plana:& locū idicat ppe radices. Quæ tēpla. Dea:pallas. Cœpit habere suo natali:nō ab initio:ex quo nata est:sed ea die mēsis mar. qua olim nata ē:hoc ē ipso die qnquatro:ut paulo supius:cā q̄ ē ilsa nata Minerua die. Causa nois ē in dubio:licet tu uideas tēpla:tñ cā cur capta minerua dicat dubia est. Vocamus capitale ingenium solers:diligēs ingeniū capitale dicit:qđ in capite sedē habeat: ubi est ipsa mens & memoria ingeniosa dea ē:nam & ingenio ualet:& ingeniis pest:ideo a capitali ingenio capta minerua dici potuit. Aut quia ferē:dicitur. Prosiluisse saltu prodiisse. Vertice paterni capitis:e cerebro iouis:quod in summo capite est. Sine matre:sine usu matris. Cum clypeo suo cum ægide sua Nam ægis pro scuto accipi potest:ea ratione:quod scuta caprino corio decocto tegebantur:& ægea capra dicitur. Verum defertur: Amaltheæ capræ mortuæ iuppiter cortium detraxit:Mineruæque custodiendum dedit: quo illa scutum texit. Inde dicunt fuisse ægidis appellationem. Sed honoratus inqt. Aegida munimētū pectoris esset habens i medio gorgonis caput. Romæ tamen est simulachrum Palladis tam in pectore q̄ in scuto caput gorgonis habens. Et Higinus testatur caput illud in pectore habere. At quia cum clipeo prosiliit e capite capra dicta.

Clipeus:scutum a τύφω deductum q̄ est sculpo. nam ibi imagines sculpebantur. Vnde Pli. Scutis enim qualibus apud troiam pugnatum est:continebantur imagines:unde nomē habuerunt clypeorum:non ut peruersa grammaticorum subtilitas:uoluit a cluendo deduci:cluere enim pugnare est. Aut quia pro domi. Vel quia simulacrum eius subactis romano iperio phalisci⁹:tanq̄ captiuū mancipium aduectum est:& inde capta Minerua dicta. Aut quia uenit ad nos:in urbē. Captiua: imago tāquam captiua delata. Perdomitis phalisci⁹:cum uicti subactiq; essent:phalisci:de quibus primo libro diximus:& hoc signo:hac nota captiuæ. s. Docet prima littera. nam. c. inde capta a captiua dicta:aut a captis phalisci⁹. An q̄ habet:ultima causa:q̄ capite luitur:furtum in eius templo cōmissum:seu receptum ex eodem. inde est & capital facinus:ut Pom. inquit:q̄ capitis pœna luitur & eodem teste Capitalis lucus:ubi si quid uiolatum est:caput uiolatoris expiatur. An:capta. s. Minerua dicitur. Quod habet legem capitis:quæ capite plectat. Quæ lex. Iubet furta recepta eolo: fures:qui inde aliquid receperint:uel furripuerint. Pendere pœ. dare pœnas sacrilegii:& sic capite plecti. Furtum ut fur. con. placet est contrectatio rei alienæ inuito domino. O pallas a qua ra. a qua cūq; causa. Trahis uoca. diceris Minerua capta. Habe ægida:habeas & paratum teneas clypeū tuum. Pro duci. no. p salute ducum nostrorum: Tyberii: & germanici:quasi protegas semper eos.

ANT. FAN.

¶Tubam lustrare canora3:Sunt qui legāt tuba lustrare canora: existimātes consueuisse Romanos hoc tempore tubaru3 cantu lustrare uniuersam ciuitatem ultimo uidelicet quiquatruum die:quod quidam non indocti olim nobis pueris tradiderunt: Nos autē legendum esse non dubitamus Tubam lustrare canoram:quāuis enim lustrarentur & aliis temporibus tubæ e uerbis Festi Pōpeii colligitur:qui ait Tubilustria dies uocari in qbus agna tubas lustrabant:ubi si de ultimo Quinquatrium die loqueretur non dies sed diem diceret: tamen & hoc tempore sacrorum tubæ in atrio sutorio lustrabantur. Lege Varronem quem uidebis quinquatrui tubilustrium sine medio coniunxisse. Nouimus autem mortuos ad tubam dedici consuesse auctore Seruio cum iuberet religio(teste Lactantio Grammatico)ut maioribus tuba minoribus tibia caneretur. Quare tubarum lustratio necessaria uidebatur. Sunt & qui putent Armilustrii hic accipi oportere:quod non placet. i. festum quo res diuinas armati faciebant dum sacrificarent tubis canentes. Sane tubæ interdum cornua uocantur:quia quæ nunc ex ære sunt fiebāt ex cornu bubulo. Vir. Rauco strepuerunt cornua cantu. Hic here phryxeæ uellera pressit ouis:Heri & here idem est. Iuuenalis: Res hodie minor est here q̄ fuit: Donatus auctor est non dubitasse antiquos propter cognationem e & i litterarum here & heri. item mane & mani. uespere & uesperi dicere. Tu autem lector caue ne heri aduerbium hoc loco te fallat & ducat in deuia. Non enim accipere debemus diem qui tubilustrium antecedit hoc est penultimum quinquatruum diem qui est. x. calendas Apriles:sed qui est ante ipsas quinquatrus hoc est diem. xix. huius mensis. Si enim putares fieri posse ut penultimo Quinquatruum die. i. x. calendas Apriles Sol in Arietem transitum faceret quem supra legimus. xiii. calendas Martias iniisse piscium signum:procul dubio fatereris Solem quinq; ac triginta dies fere in piscibus absumpsisse:quod si esset Solstitialis annus constaret diebus pene. xx. supra. cccc. cum & reliquis signis zodiaci nullum non tantumdem sibi temporis uendicaret. Dicendum igitur est. xiii. calendas Aprilis Solem transire in Arietis signum quæ pars zodiaci ad naturā Solis referrtur ut Macrobius scribit. Aries enim qui a græcis crios dicitur per sex menses hibernales rietē. xii sinistro incubat lateri ab æquinoctio uerno super dextrum latus sicut & Sol ab eodem tempore dextrum hemisperium:reliquo ambit sinistrum. Constat autem hoc signum stellis. xvii. quod una cuz Sagittario Cleostratus primum intellexisse dicitur:qui percepit & cætera signa zodiaci primus omnium auctore Plinio. Fabulantur nonnulli Arietem qui traiecit phryxū hunc esse qui inter signa primum obtinet locum. Alii translatum in cœlum uolunt Arietem qui Baccho exercitum ducenti per exusta Libyæ fontem monstrauit. Est sane Aries calidus & humidus:qui cum Solem recepit in principium fieri generatio. Vnde inter signa zodiaci meruit principatum.

Summa dies e quinq; tubam lustrare canorā
Admonet:& forti sacrificare deæ:
¶Nūc potes ad solem sublato dicere uultu
Hic here phryxeæ uellera pressit ouis

Sol in o
Arietis
signum
primum
Aries
princeps
signoꝝ.

¶Sūma dies:ultia dies:ut i heroid. Hæc tibi prima dies:hæc tibi sūma fuit. i. ultia. Eqnq; die⁹. s. PAV. MAR.
Admonet fu. circueree:& expurgare populū. Tuba ca. resonāti. Et sacri. deæ fer. Palladi armo p̄sidi. Nūc po. ad so. xi. calē. apri. Sol relictis piscib⁹ init arietē:q qđē aureū uell⁹ hūisse dr. Eo Phryxus i colchos delat⁹ ē. Athamas. n. Thebanus phryxū & hellē genuit ex Nelphyle cōiuge:q̄ sublata Ino Cadmi filia uxor adducta ē:q̄ cū nouercali odio priuignos isectaret. Tosta semina ne nascer̄t agricolis dabat. Sequuta ē ānonæ caritas. Missū ē delphos ad oraculū:ad petēdā opē:qui accesserat corruptus:rettulit Phryxū & hellē imolari debere. cūq; ad arā mactādi uelat⁹ cōstitissent:a Nelphyle matre supinducta nube rapti sūt:Dat⁹ aries:quo fugerēt. Helle i mare decidit:& ab ea Hellespōt⁹ dictus:sed a Neptuno cōprehēsa pœna p̄erasse fert. Nonnulli œdonū dixerunt: Phryxum p̄terea

Tubilustrium

Mortui ad tubā deducebantur.

Armilustrium

Here

incolumẽ ad ætam peruenisse uolunt: & arietem iouī immolasse pellem in templo fixisse: & arietis ipsius effigiem ab ioue inter sydera constitutam. Eratosthenes ait arietem ipsum sibi pellem aureā detraxisse & Phryxo memoriæ causa dedisse & ipsum ad sydera peruenisse: alii aliter dicūt: quorum opiniones ab Higinio referuntur. Hermippus ait Liberum oppugnantem Aphricam: deuenisse I eum locum: qui a puluere Hāmodes dictus est: cum in discrimine esset: & aquarum penuria: & ob id defectione militum: Aries quidem errans ad milites peruenit: quos cum uidisset: cœpit fugere. Milites prædam petentes sequi cœperunt: usq; ad eum locu; qui postea constituto templo: Iouis Hāmonis est appellatus: ibi arietem nusq; inuenerunt: Sed q magis erat optandum: aquæ magnam copia; nacti sunt. corporibusq; recuperatis: libero statim nūciauerunt: qui gauisus eo exercitum deduxit. Iouis hāmonis templum cum arietis cornibus simulachro facto constituit. Arietē inter sydera figurauit. Ita ut cū sol i eius foret signo: oia nascentia recrearent: hac de cā q illius fuga liber recreauit exercitū: Duodecimq; signoꝝ principē eē uoluit. Adducit & alia fabula de hāmone quodā: q pecorū multitudinē ad liberū adduxerit: & ob id illi dedisse agrū cōtra thebas ægyptias: & hāmonis simulachra istituta capite Cornuto: ut hoies memoria teneāt: eū primū pœnis ostendisse Arietē memoriæ cā inter sydera fixum dicunt: q quidē in equinoctiali circulo consistens: caput ad exortū habēs: uersus occidens primis pedibus: & exoriens caput infra triangulum: q deltoton uocant: tenēs collocatum: pedibus prope contingens caput pistricis. Poeta nunc fabulam ip'am refert: quā aperte loco rettulimus. Inus. s. nouercæ Phryxi: quæ cum aperte fabula uideatur. Princeps tamen astrologorū Ioānes germanus familiarissimus nr: oia ad effectus ipsius arietis refert: id facit in oibus signis: ut nō sine cā a poetis ficta esse uideantur: quecūq; de his fabulosa referuntur. Nūc: in hoc ultimo die quinquartrium. Potes: tu o Germanice. Sublato: eleuato. Vultu: ad solem dicere. Hic: sol.

Here: pro heri: ut apud Iuuena. Res hodie minor est here quā fuit. Pressit: premere incepit. Vellera ouis phryxeæ: uellera arietis: qui phryxum in colchos tulit: non enim fuit ouis: sed aries. Ergo cum geri dicat: & meminerit ultimæ diei quinquatrium: debemus intelligere penultimum diem ipsorum festorum: sic erit. xi. calen. apri. hoc est. xxii. die martii. Herba sustulerat nullas comas: qua si nulla herba ex frumenti semine eruperat e terra. Vt solet: surgere. s. ex omni semine.

ANT FAN. Phryxi & helles fabula

¶ Seminib⁹ tostis &c. Ino Cadmi filia ut diximꝰ supra & uxor Athamantis regis Thebaꝝ priuignis exitiū parās ægit cū matronis ut frumēta serēda torrerēt. Eadē liberi patris nutrix fuisse dr ut meminit Statiꝰ i siluis: q deus cū Phryxo & Helle isaniā obiecisset & illi in silua errarēt exhibitꝰ eis est a matre nephele q̄ nepheli a græcis dr: Aries aureo uellere insignis: quē cū ascēdissent Aries eos in pelagus detulit. Helle lapsa nomē pondo dedit quē dicimꝰ Hellespontū. Phryxus in Colchos ad regē Aeetem trāsit ibiq; Arietē ut mater p̄ceperat imolauit: pellēq; aureā Martis tēplo dicauit: quā Iason cū argonautis petisse dicit: q̄uis nōnulli scribant eam esse in orchemeno quod oppidum est Boetiæ ex quo Myniorum familia in thessaliā cōmigrauit a quibus argonautæ Myniæ sunt appellati. Orpheus auctor est argonautas fuisse quatuor & quadriginta: quos alii quinquaginta fuisse dicunt. alii. lx. Multa hoc loco ex fabulis referre possumus: quæ cum sint pene omnibus nota libet silentio præterire. Ad tripodas: Quod græci tripis dicunt nos dicimus tripos: quæ mensa præmium uirorum fortium fuit ut quibusdam placet propter tertii pedis adminiculum quasi illi non bipedes sed tripedes fuerint: quod nobis compertu; non est. Erant autem tripodes (auctore Seruio) mensæ in templo Apollinis delphici quibus superpositæ phœbades uaticinabantur. Corruptus cum semine: A nouerca Phryxi & Helles corruptus quemadmodum & ipsa per matronas frumenta serenda corruperat.

Mynīæ

Tripos.

¶ Tostis seminibus: propter tosta hoc est decocta semina. Fraude sceleratæ nouercæ: dolo Inus uxoris Athamātis: nouercæ Phryxi & Helles. Mittitur ad tripodes: ad oraculum Apollinis delphici. nam tripodes mensæ fuere in templo Apollinis: quibꝰ superpositæ phœbades uaticinabātur: unde apud Lucanum in quinto sensit tripodas cessare furens Appius: & postea tandem conterrita uirgo. Confugit ad tripodas & paulopost: Custodes tripodes fatorum arcanaq; mundi: Tuq; potens ueri pæan. & paulopost Et ad phœbi tripodas redire futura. Qui reportet certa sorte: certo oraculo seu responso: ut paulo superius dictum in eo uersu: Sors erat æternos uincere posse deos.

PAV. MAR.

Quam opem: quod auxilium. Delphicus: Apollo delphis: qui sunt ad australe latus parnasi. Edat: dicat. Sterili terræ: ut sterilitati terræ remediū adhibeat: nō tamen erat terra sterilis: sed semina decocta erant causa sterilitatis: qui fructum non proferebant. Hic quoq;: qui missus ad oraculum fuerat. Corruptus. ab ipsa nouerca. Nunciat peti sorte: ab ipso oraculo. Funera phryxi iuuenis: mortem phryxi. Cum sanguine Helles: cum morte etiam sororis: aliqui legunt hic quoq; corruptus cum semine: tunc intelligas corruptum nūcium a nouerca uri: & corrupta dabat agricolis semina: nuciasseq; peti: & mortem Helles & phryxi iuuenis.

Seminibus tostis sceleratæ fraude nouercæ
Sustulerat nullas ut solet hera comas:
Mittitur ad tripodas certa qui sorte reportet
Quam sterili terræ delphicꝰ edat opem:
Hic quoq; corruptꝰ cū semine nūciat helles
Et iuuenis phryxi funera sorte peti:

¶ Ciues: Thebani quibus fames tantum præstabat audaciæ ut regem continerent: ga nescit plebs ANT. seiuna timere. Cōpulerant regē iussa nefanda pati: Cogebat rex Athamas filios imolare q ita iuf FAN. fisse putabat oraculum. Vt forte pependerat æthere mater: Quia Nephele ipsa est nebula. nam & nephos nubes & nepheli ut diximus nebula est. Draconigenā urbē: Thebas ob draconē a Cadmo interfectum e cuius dentibus nati opem tulerunt Cadmo urbi ædificandæ: ut Hos habuit comites operis sidonius hospes cum posuit iussa m phœbæis sortibus urbem. Nimbis comitantibus: Quia nimbi siue hymbres a nubib⁹ fiunt recte nephelencomitantur. Per freta longa: Hellespontum: ut longi deus helleſponti. Eius lōgitudo est a tenedo in propontidem. Gemini periclī: Immolationis: & trāsitus Hellespōti. Ceruleo deo. Neptuno cuius helle nympha est. Lege iginum qui eam fabulatur a neptuno fuisse cōpressa. Peruenit in colchas aurea lana domos: Ad Aeetaꝫ regē Colchorum q in Scythia sunt qua labitur phasis. Ferunt Arietem sibi pellem aureā detraxisse ac dedisse Phryxo causa memoriæ eumq; ad sidera peruenisse.

Vsq; recusantem ciues: & tempꝰ: & ino
Compulerāt regem iussa nephanda pati:
Et soror & phryxus uelati tempora uittis
Stant si mul ante aras iunctaq; fata gemunt:
Aspicis hos ut forte pependerat æthere mater
Et ferit attonita pectora nuda manu:
Inq; draconigenā nmbis comitantibꝰ urbem
Desilit: & natos eripit inde suos:
Vtq; fugam capiant aries nitidissimꝰ auro
Traditur: ille uehit per freta longa duos:
Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra
Fœmina: cum de se nomina fecit aquæ:
Pene simul periit dum uult succurrere lapsæ
Frater: & extentas porrigit usq; manus:
Flebat ut amissa gemini consorte pericli
Cæruleo iunctam nescius esse deo:
Littoribus tactis aries fit sydus & huius
Peruenit in colchas aurea lana domos:

¶ Ciues: Thebani scilicet pptet Annonæ caritatem: Et tempus ipsa sterilitas tēporis: cū uideret puenire ex aeris itēperie. Et ino: nouerca. Cōpulerāt: q̄si iā coegerāt. Regē athamātē. Vsq; sp recusantē ius. ne. pa. patī filioꝝ imolationē: quam ab oracuło iussaꝫ arguebant: licet ille semp recusasset: tandeꝫ pati coactus ē. Et soror & phryxus uelati tempora uittis: Helle misera cū phryxo fratre habentes frontem uittis uelatam: ut moris ē in sacrificiis talibus: ut apud Virgilium: Vittaq; deum: quas hostia gessi. Stant simul ante aras ubi erant immolandi. Et gemunt fata iuncta: iunctam & eandem mortem: quia simul mactabantur. Mater: Neiphile mater Phryxi & Helles. Aspicit hos: Phryxum & Hellem. Vt: sicut. Forte pependerat æthere: & recte pependerat aere: quia conuersa in nebulam: in aere pendet: & νεφέλη nebula est. Et ferit pectora nuda: pulsat nuda pectora. Manu attonita: nam ipsa attonita filiorum casu. Et desilit: descendit. In urbem draconigenam: thebas in Boetia: quas Cadmus posuit: qui in eo loco draconem interemit: ex cuius saris dentibus nati sunt: qui Cadmum in ea urbe condenda iuuerunt: Ideo draconigenæ dicte quamquam & auctor: hoc est ipse Cadmus in draconem mutatus est: unde & alii draconigenā dictam urbem putant. Comitantibus nymbis: hymbribus: qui inductam nubem comitati sunt: quā doquidem hymbres ab ipsis nubibus emittuntur. Et eripit suos natos: Phryxum & Hellem. Inde ab ea ara: ubi mactandi erant. Et ut capiant fugam: ut nouercæ insidias effugiant. Traditur aries auro nitidissimus: datur illis aries aurei uelleris. Ille: aries. Vehit duos: fert Phryxum & Hellem.

Per freta longa: per maria ipsa. Fœmina: Helle. Dicitur tenuisse cornu sinistra infirma: nō firma sinistra manu: quia non ualida: quemadmodum dextera: ideo ex ariete ipsa delapsa est.

Cum fecit nomina aquæ de se. cum ab occasu suo dictus est helles pontus: hoc est pontus helles mare illud angustum inter ægeum: & propondita: ubi totiens feliciore tempore congressi cum hoste sumus. Dum frater: Phryx. Vult succurrere lapsæ: ferre opem sororī: quæ ceciderat i aquas.

Et dum usq; porriget extentas manus: dum extendebat illi manus: ut eam iuuaret. Pene quasi.

Perit simul: cum illa. nam & ipse in periculo fuit decidendi in aquas. Flebat: phryxus. Vt amissa consorte: sororis: quæ in eadem sorte fuerat. Gemini periclī: quia in eodem ambo periculo fuerāt. Nescius: ipse phry. Iunctam: sororem esse coniunctam. Deo ceruleo: neptuno ceruleo mari deo nam decidens illa ab eo comprehensa & in nympham mutata: unde in argonauticis. Virtaque constitit helle: Iam panopes thetidisque soror. Tactis littoribus: postq̄ appulit littori phryxus. Aries fit. sydus: quia detracta sibi pelle: cœlo locatus est & inter sydera relatus. Et aurea lana huius: aureum ipsius arietis uellus. Peruēit in colchas domos: ad ætem Regem colchorum. Colchi in scythia accolæ phasidis finitimi Eniochis: unde Iason postea uellus eripuit. Tres ubi luciferos: septimo calendas Aprilis hoc est uigesimo sexto die Martii: est æquinoctium uernum. Verum Florentinus princeps inquit uernum æquinoctium esse octauo calendas April. Autumnale octauo calen. octobr. exigua tamen differentia ex unius solum diei. Vbi postquam. Veniens eos: Veniens aurora. nam ἑῴα aurora est. Præmiserit: antemiserit.

ANT. FAN. æquinoctiũ uernũ. vii. calẽdas apriles. æquidiali. Eos.

¶Tres ubi luciferos ueniẽs p̃miserit eos
Tempora nocturnis æqua diurna feres
Inde quater pastor saturos ubi clauserit edos
Canuerint herbæ rore recente quater:
Ianus adorandus cum quo concordia mitis
Et romana salus: araq; pacis erit:
¶Luna regit mẽses: huius quoq; tpa mensis
Finit auentino luna colenda iugo.

¶Tres ubi luciferos: tres dies ab ipso lucifero: sic numeratos triduũ ab ultimo die q̃nquatriũ hoc est a xxiii. die martii erit. xxv. dies: deinde sequẽtẽ oñdit: sic. xxvi. die erit æquinoctiũ. Feret: ipsa aurora tẽpora diurna: æqua nocturnis: hoc ẽ diẽ adæquabit nocti: sic erit æquinoctium. Inde quater: Quarto die post: nõ tñ numerata die equinoctii: sed quattuor sequẽtib⁹ dieb⁹ erit festũ Iani. concordiæ salutis: & pacis: qm̃ his eo die sacrificat. De Iano cõcordia & pace dictũ est in primo libro. Salutis aũt ædes erat ap̃ portã salutarẽ: de qua Pom. Festus Salutaris inquit porta: appellata est ab æde salutis q̃ ei proxima fuit & Var. inquit: Collis salutaris quatriceps os aduersum est pylonoris ædem salutis. & Tranqu. inquit de augusto loquens Nõnulla etiã: ex antiquis cerimonijs paulatim aboleta restituit: ut salutis auguriũ: diale flaminũ &c. Inde ubi: postquã. Pastor quater clauserit hædos saturos: uesperi quater reduxerit e pascuis: & incluserit capellas. Et herbæ quater canuerit: albescent. Rore recente: gelido. Hac periphrasi a reductiõe capellarũ & rore: uespertinũ: & matutinũ temp⁹ significat quater: sic quattuor ortus & occasus. ergo post quatriduũ: hoc ẽ. xxx. die martii. Ianus erit adorãd⁹: sacrificãdũ erit Iano: Cũ quo Iano. Erit mitis cõcordia adorãda. s. & illi ẽ imolãdũ. Et salus romana: nam in æde salutis pro salute populi erecta litandum. Et ara pacis: ubi etiam peragẽda eo die sacrificia. Luna regit menses: pridie calen. apri. hoc est ultimo die martii festum est Dianæ: cui in auentino sacrificatur. Seruius enim Tullius sextus ro. rex: Latinorum populis persuasit: uti exemplo eorum: qui Dianæ Ephesiæ ædem fecissent: & ipsi ædem Dianæ in auentino ædificarent: Quo effecto bos quædam Sabino miræ magnitudinis nata est: responsum datum eum populũ sũmam imperij habiturum: cuius ciuis bouem illam immolasset: Sabinus bouem in auentinum egit: & causam sacerdoti ro. exposuit. Ille callidus dixit prius eum uiuo flumine manus abluere debere. Sabinus duz ad Tyberim descendit: Sacerdos ro. bouem immolauit: Ita imperium ciuibus: sibi gloriam facto consilioq; quæsiuit &c. Luna regit menses: de hoc a principio diximus q; menses a luna computantur: & principia mensium illi sunt consecrata: cum eandem Iunonem & lunam esse putarent. Huius quoq; mensis: martii. Finit tempora: nam ultimus dies est illi sacer. Luna hoc est ipsa Diana. Est colenda iugo auentino: in monte auentino: ubi est illi templum a romanis pariter. & sabinis erectum: est igitur eo die Dianæ sacrificandum.

Finis Tertii Libri.

Iano cõcordiæ salutiac pacires diuinafit. illi calẽ. apri. Lune festuz pridie calẽ. apriles.

Diana auentia. Diane tẽplũ in angiportu.

PAV. MAR.

INTERPRETATIO QVARTI LIBRI PER ANTONIVM FANENSEM ET PAVLVM MARSVM POETAS LAVR. ANT. FAN.

ALma faue dixi geminorum mater almorum: Non recte sensit Eratosthenes q̃ poemata ad mentẽ & itelligẽtiã indicãda nõ cẽsuit: perinde ac poetæ oẽs nõ docẽdi s̃z ob lectãdi gratia scripserint: Cũ cõtra sapiẽtissimi uiri primũ quãdã phiam poeticã eẽ dixerint & Homeri poema nihil eẽ aliud q̃ studiũ sapiẽtiæ. Vnde poetaq; figmẽta nõ sunt semp accipiẽda simpliciter: sed altius inspicienda q̃ qdã opinẽt: ut ecce qd ad hũc locuz attinet: igneũ semen e cœlo cecidisse in mare poetæ finxerũt & Venerẽ natã e spumis: quo nihil aliud significarũt q̃ ignẽ & aquam dupliceẽ cãm eẽ nascẽdi: unde aries calid⁹ & humid⁹ ut dictũ ẽ iter signa zodiaci obtinuit principatũ: quẽ tñ multi calidũ eẽ atq; aridũ tradũt. Eã ob cãm maiores nr̃i Aprilẽ mẽsem quo nitent arua segetib⁹ prata herbis: arbores foliis: & ex cõiũctiõe ignis & humoris omnia procreantur Veneri dicauerunt. Eumq; mensem fuluius & Iunius Gracchus teste Varrone: aliiq; nõ nulli quasi Aphrilẽ noiatũ existimarũt a spuma quã græci aphron uocãt uñ aphrodite uen⁹ a græcis dr̃ quã nr̃i Cæligenã uocarũt ut idẽ Varro auctor ẽ: quis Plutarchus in Numa lõ Aprilẽ a uenere dixerint nominatũ q; eo mẽse & deæ sacrificãt & ad calendas mulieres lauãt myrto coronatæ. Cingius aũt in libro quem de fastis reliqt (ut scribit Macrobius) ait imperite quosdã opinari antiquos hũc mensem a uenere noiasse cũ nullus dies festus nullũq; sacrificiũ insigne veneri per hunc mensẽ fuerit cõstitutũ: cui Cingio Varro cõsentit affirmans ueneris nomẽ ne sub regibus quidẽ apud Romanos Latinũ uel græcũ fuisse ideoq; nõ potuisse Aprilẽ a uenere noiari. s̃z ab aperiendo dici magis putãdũ quasi Aperile q; uerna temperie arridente (ut ait Plutarchus) plantaruz germina aperiant cæteraq; q̃ cõtinet terra. Sciẽdũ tñ nõ negare uerriũ Flacchũ: teste Macrobio postea constitutum esse ut hoc mense matronæ ueneri sacruz facerent. q̃ dea & mas & fœmina putabatur: Vnde legim⁹ Aristophanẽ eã aphroditon appellasse: quãuis (ut scribit Serulus) nonnulli dicãt non solum uenerem. sed & alia numina utriusq; sexus participationem habere. Sunt qui putãt Romulum altiore prudentia ita primos ordinasse menses ut cuz præcedens Marti esset dicatus deo plerumq; hominum necatori: secundus Veneri dicaretur: quæ uim eius quasi benefica leniret: naz cũ in. xii. signis zodiaci primum signum Aries Marti assignatus sit: sequens. i. Taurus Venerem accæpit. Lege Macrobium. Dicitur autem Venus geminorum cupidinum mater: sed scripserunt quidã plures esse Veneres: pluresq; cupidines: ut Cice. qui duas Veneres tradit & tres Cupidines. Primũ Cupidi ex Mercurio & diana genitum. Secundum ex Mercurio & secunda Venere. Tertium quem Antheros tres. ron dicunt. Alii hanc Venerem quam ex testibus Cœli & maris spuma genitam Aphroditen uocant geminorum cupidinum matrem dicunt: ut Diua non miti generata ponto quam uocant matrem geminus cupido. Hinc illud est Syllii: Cum sic suspirans roseo uenus ore decoros alloquitur natos. Horum alter uoluptatis est quem Diogenes dicere solebat uacantium occupationem, alter pietatis. Ille enim turpis est de quo ait Virgil. in buc. Nunc insanus amor duri me martis in armis tela inter media: atq; aduersos detinet hostes: Ille pius de quo in. i. æne. Neq; enim patrius consistere mentem passus amor. Plato duplicem amorem esse dixit. Alterum terrestrem atq; uulgarem. Alterum cælestem singularem ac plane diuinum: & hunc quidem esse omni studio ac diligentia expetẽdum: illum uitandum tanq̃ humano generi perniciosum. idemq; hunc cælestem amorem fauorem etiam uocat: sed sanctum ac diuino quodam instinctu prouenientem. Sagittarum cupidinis altera; Sagittã ideo auratam fingi arbitramur q; pulchritudo sæpissime amorem facit: uel q; aurum est calidum & cupidis humectum: nam q; auro amor conciliari soleat: ut Aurea nunc uere sunt sæcula plurimus auro uenit honos auro conciliatur amor. Licet uerum sit ut ad id figmentum attineat non putarim. Altera uero qua fugari amorem fabulantur ideo plumbum habet mea sententia quod constat ad alliga tionis lumborum & renum parti. plumbi laminis ob eius frigiditatem impetus Veneris inhiberi auctore Plinio. Sane alma Venus ab alendo, sic dicitur: ut Alma ceres almus ager. Aluntur enim per Veneris plũnerem animalia: hoc est propagantur & seruantur species quãuis pereant indiuidua. Sed almis interdum & pulchrum significat auctore Festo: quo nullum epitheton magis Venerem decet. Sciendum placuisse quibusdam amores tres esse. Aliis quinque. Aliis plures. Vnde illud est Propertii: Hos uetuit me numerare timor.

Alma faue dixi geminoz mater amoz. Rationẽ hui⁹ mẽsis quẽ nũc q̃rto loco numerani⁹ cũ secũdo loco a Romulo eẽt istituti⁹: a Vecto Macrobiano mutuabimur. Secũdũ igt mẽsez noiauit Aprilẽ: ut qdã putãt cũ aspiratiõe: quasi aphrilẽ: a spuma: quam græci αφρον PAV. MAR.

uocãt:unde orta Venus credit. Et hãc Romuli asserũt fuisse rõnẽ. ut primũ q̃dẽ mẽsem a patre suo Marte secũdũ ab Aeneæ matre Venere nominaret: ut hinc potissimũ anni principia seruarẽt: a q̃ bus esset Romani nominis origo: cũ hodie quoq; i sacris martẽ patrẽ: Venerẽ genitricẽ uocemus Alii putãt Romulũ: uel altiore prudẽtia: uel creti numinis puidẽtia. ita primos ordinasse mẽses: ut præcedẽs Martẽ esset dicat⁹: deo plerũq; hominũ necatori: ut Home. naturæ conscius ait: αρεϊ αρ εσ βροτο λοικε μιαιφονε τειχεσιωλητα. Secũdus ueneri dicaret: Quæ ut i eius: quasi bene ficta leniret. Nã & i duodecim signis zodiaci: quoq; cũcta certoq; numinũ domicilia credũt: Cũ primũ signũ Aries Marti assignat⁹ sit: sequẽs mox uenerẽ: idest Thaurus accepit: & rursus regiõe scorpius ita diuisus ẽ: ut deo esset utriq; cõis: Nec existimat rõne cœlesti carere ipsa diuisio: si q̃dẽ aculeto uel potẽtissimo telo: pars armata posterior: domicilii Martis ẽ. Priorẽ uero ptẽ: cui ξυϛοσ apud græcos nomẽ ẽ. nos librã uocamus: Venus accepit: q̃ uelut iugo cõcordi iũgit matrimonia: amicitiasq; cõponit: Sed Cyngius i eo libro: quẽ de fastis reliq̃t: ait iperite quosdã opinari Aprilem mẽsem antiquos a Venere dixisse: cũ nullus dies festus nullũq; sacrificiũ insigne Veneri p hũc mẽsem a maioribus institutũ sit: sed ne in carminibus quidẽ saliorũ: Veneris ulla: ut cæterorũ cœlestiũ: laus celebrat. Cingio ẽt Varro cõsentit affirmãs nomẽ Veneris: nec sub regibus q̃dẽ apud romanos: uel latinũ: uel græcũ fuisse: Et ideo nõ potuisse mensem a Venere nominari: sed cũ fere ante æquinoctiũ uernũ triste sit cœlũ: & niuibus obductũ: sed & mare nauigantibus clausum. Terræ etiã ipse aut aq; aut pruina: aut niuibus cõtegant: Eaq; oia uerno: id est hoc mense aperiantur. Arbores quoq; nec minus cætera quæ continet terra: aperire se in germen incipiant: ab his oibus mẽsem Aprilem dici merito credendum est: quasi Aprilẽ: sicut apud Athenienses ανθεστηριον idem mensis uocatur: ab eo quod hoc tpe cuncta floreant. Verius aũt Flaccus non negat hoc die postea constitutũ: ut matrone Veneri sacrum facerent. Plutarchus uero in uita Numæ Aprilem inquit: quod aphroditis idest Veneris habeat cognomentum. Quo mense & deæ sacrificant: & ad calendas mulieres myrto coronatæ lauant. Quidam uero non ab aphroditi Aprilem nominatum dicunt: sed quemadmodum simplex se nomen habet Aprilem mensem uocatum: quoniam uerna temperie arridente: plãtarum aperiantur germina &c. Sed hæc hactenus. Poeta Veneris mensem scripturus: Venerẽ inuocat primo uersu. Affuit deinde illa: & rogat an amet: cum ea; uocet: quid uelit. O mater alma: o uenus mater. Geminorum amorum: faue mihi festa canenti. Alma ueneri adiungitur. Virg. alma parens confessa deam. & Alma uenus phrygii genuit ſumonentis ad undam: ab alendo q̃ oia alat: unde & Cice. Venerem dictam putat: q̃ ad res oẽs ueniat. Geminorum amorum hoc est iocí & cupídinis quia ambo filii ueneris traduntur. Hora. in primo car. Siue tu mauis erycina rídens: quam uolat circum iocus & cupido, & Sene. in Tu. Diua non nuti generata ponto: quam uocat matrem geminus cupido: pro ioco & cupídine dictum. Alter enim est qui allicit: alter qui coniungit. Illa uenerẽtulit suos uult⁹ ad uatẽ: uertit se ad me. Ait q̃d tibi mecũ. s. ẽ cur me nũc uocas? Certe mõ: pauloante: hoc est heri. Cãebas. cãtãdo scribebas. Festa: dies festos. Nũ: an. Habes uet⁹ uult⁹ amoris. s. In molli: in lasciuo. Pectore: amas ne nunc: sicut prius amabas. Respondi: ego.

ANT. FAN. ¶Scis de uulnere: Nosti Ouidium nunc̃ esse amoris experte; qui uel sanus amare cõsueuit. Nũc̃ tua castra reliq: Tractũ a militib⁹ q nõ mõ nõ sunt trãsfugæ: sed & incolumes & saucíi uexilla nõ deserũt. Sine crimine lusimus: Ipse in. il. tristium: Crede mihi distant mores a carmine nostro Vita uerecunda est musa iocosa mea. Quam sententiam imitatus Martialis ait. Lasciua est nobis pagina uita proba. Potuit hoc dicere ut relegatum se credere uideretur ob artem quam scripsisset.

Scís dea respondí de uulnere rísit: & aer
Protinus ex il la parte seranus erat:
Saucius aut sanus nunc̃ tua signa reliqui
Tu mihí propositũ: tu mihí semper onus:
Q d decuit prim⁹ sine crimine lusimus annis

¶Scis tu dea de uulnere: tu ipa uenus nosti an amẽ: uel non amẽ. Risit: ipsa. Et aer protinus erat serenus ex illa parte: quasi ridente illa aer ea ex parte serenus redditus est. Altiusq; tendit sententia quam uerba: nam hoc liquido apparet quotiens aspectus Veneris: hoc est ipsius syderis exorientis lætus: hoc est purus & lucidus uidetur. Serenitatem aeris indicat secus in turbibus. Saucius aut sanus: uel a denter amauerim: uel non ita uehementer. Nunc̃ tamen penitus ab amore discessi: & in libris de remedio: Sæpe tepent alii iuueues: ego semper amaui: & si quid faciam: nunc quoq; quæris amo. Saucius: hoc est cum uulnere. Aut sanus: sine uulnere. Nunc̃ reliqui tua signa: translatio a militia. Nunc̃ discessi a castris tuis: nam semper sub te militaui: nec discessi a signis: quia non uerti terga hostibus. Tu mihi propositum: de qua semper dicere proposueram. Tu mihi semper honus: qui sim in rebus tuis semper occupatus. Lusimus: ludendo scripsimus. Primis: annis in iuuenta. Quæ decuit: quæ deorum fuit iuuenem scribere. Sine crimine. & hoc alio tendit: q̃ scribatur. Nam cum ab Augusto damnatus sit: Velata tamen uera causa: ob artem quã scripserat. Nũc etiam: ut se apud germanicum excuset dicit se ea scripsisse: quæ iuuenem decebat: & sine crimine: quasi dicat per quod damnari non meruissem: & in tristibus ad Aug. nullum legisses crimen in arte mea: & illud: prius tamen dictum: sed q̃ illud adducit. inq; meo nullum carmine crimen erit.

¶Area maior: Metaphora est. Florentinus iurisconsultus locũ inquit sine ædificio in urbe area; ANT. ruri agrũ appellari: Varro areã esse inquit ubi frumenta secta teruntur & arescunt: a cuius simili FAN. dine loca in urbe pura puta areas dici: quæ ut inquit Fest⁹ q̃ uacua sint quasi exaruerint & quicq̃ generare non possint id nomen accæperũt. Bene aũt meminit auctor areæ in rebus sacris quæ ad ædes deorũ esse consueuit. Vnde ait Vir. Aut ante ora deũ pingues spaciaẽ ad aras. Sensus aũt ẽ. In graniore materia meũ uersaẽ ingeniũ. Mea tẽpora myrto contigit: Quia hæc arbuscula Veneris ẽ Myrtus ut ait Plutarchus: Gaudet. n. littoribus teste Serulo & apta ẽ plurimis necessitatibus mu- Myrtea lierũ. Vnde imperatores teste. A. Gel. corona myrta utebanẽ: qui ouantes urbẽ introibant quibusq; incruenta uictoria obuenerat cui facilitati aptã esse frondẽ; Veneris credi derunt q̃ non Martius sed quasi uenere⁹ q̃dam triũphus ouantiũ foret a quibus corona myrtea oualis dr̃ auctore Festo Introibãt aũt urbẽ ouãtes uel cũ bella indicta nõ erãt uel cũ sine sanguine cõfecta fuerant. Ferunt Romanos Sabinosq; cũ propter raptas uirgines dimicare uoluissent myrtea uerbena depositis armis pacem firmasse in loco q̃ po- Cluere stea signa habuit Veneris Cluacinæ. Cluere enim antiqui pugnare dicebant teste Plã- unde nio: qui arborem myrtum ideo tunc electam dicit: quia confũctioni & myrto Venus præest. Huius Cluacina uen⁹ arboris uirgæ gestatæ uiatori prodesse dicuntur in longo itinere impediti.

Cum causis: cum originibus: seu cum rationibus: ut ab initio diximus. Nã toto opere poeta cãm aut pro ratione: aut pro origine ponit. Et enim plerumq; refert: qua ratione quid fuerit institutum: & unde originem habuerit: ut in primo libro cum agit: Cur priapo mactetur asellus. causa pudenda quidem sed tamen apta deo refertq; unde asinorum immolatio habuerit originem. Et postea in carmẽtalibus: Vnde petã cãs horũ morẽq; sacroq; quo pacto intelligemus hoc i loco cãs! p meritione! An pro origine & ratiõe! Sed ne nimiũ imoret: qa frequẽtes loci sunt huiusmodi: ubi cãm p origine ponit. nã mox subiicit: unde principiũ res ipsa habuerit. Et qa nõ credit: euoluamus dilucidiores locos: In secũdo lib. ubi de lupcalib⁹ agit: Dicite pierides sacroq; q̃ sit origo. Attigerit latias: uñ petita domos: quæ sit origo dixit: & originẽ lupcaliũ græcã refert: iã negari ñ põt. & i eisdẽ sacristcũ latinã originẽ referre uult inqt: Adde pegrinis cãs mea musa latias. Vides ne q̃ aptissime cãs p originib⁹ posuerit. Eodẽ. n. tẽdit utrũq; nã cũ primũ pcaẽ musas: ut dicãt originẽ & græca relata ẽ. postea pcaẽ: ut latia cã referaẽ: qs ẽ tã ptiax: q̃ p origie dictũ neget: cũ originẽ sacroq; aptissime referat qd creberrimũ ẽ ap̃ poetã: cũ cãz aut p origie: aut p rõe põit: qd ut cõstet: cũ cãm nõ põit: ponit originẽ: ut i palilib⁹ expositum⁹ mos ẽ: moris mihi restat origo. & i floralib⁹ dic dea rũdi ludoq; q̃ sit origo In lemuralib⁹ dicta sit uñ dies: q̃ nominis extat origo: me fugit: ex aliquo ẽ: iuuentẽda deo. Originem hoc i loco dicit. Sed qd pseq̃r: ut uideam⁹: qa rõne positũ. Pleade natemone: uirga uenerãde potenti Sæpe tibi stygii regia uisa iouis. Venit adorat⁹ caducifer aspice cãz Nominis ex ipso ẽ cognita causa deo. Q uis negat cãm p origine positã: cũ prius dicat quæ nominis erat origo: & postea subdit ipso deo cognitam esse cãm: & refert unde originem habuerint lemuralia. & in principio sexti: Hic quoq; mensis habet dubias in nomine causas: Et post Hic ego quærebam cœpti quæ mensis origo:

PAV. MAR. ¶Nunc maior area teritur nostris equis: maior nunc mihi ad agendum materias sumpta est. Et est hoc in loco translatio a tritura fugum sumpta. nam ubi maior spicaq; copia: ibi maiore area op⁹ est. sic ipse maiorem materiam maioribus annis accepit: nam post iuuentam. Tẽpora cũ causis: Hoc fuit nostri propositi: ut tempora scriberemus: cum ortu & occasu signorum. Venimus iam ad Aprilem tuum o uenus mensem: faueas igitur tuo uati: tua nunc quoq; tempora canenti. Cano. cantãdo scribo Tempora: annum. menses. dies festos & profestos: festa stata &. non stata. Cum causis: cũ rationibus: ut in principio quoq; diximus: Seu cum originibus: hoc est cũ fabulis: siue historiis: unde quid originem habuerit. Et quoniã cũ originib⁹ dixerim: Nescio qui interpretẽ fidelissimũ uiruz piũ: & ab omni maledicentia penitus abhorrentem. Nuperrime fuerint inuecti: quasi fuerit i eo uerbo maiestas naturæ læsa. Carpant licet in puerilibus ludis: & in nomen meum passim allatrent: non tamen efficient: ut ab instituto diuellar. Illud. n, mihi tam a natura datum: quam uitæ institutiõe seruatum: ne quẽq̃ uerbis prouocem: ne maledicendo: cuiuspiam aures offendam. Frustra quidez; laces sunt: nondum enim maledicere didici. Nec si quid fieri potest: sine ulla maledicentiæ nota, respondebo. Turpissimũ. n. esset duci: cum quouis milite certamen. Sed hoc tantum dicere liceat: qd apud Lucanum Cæsar uanam spẽ mortis honestæ concipis. haud inquit iugulo se polluet isto Nostra Metello manus. Dignũ te Cæsaris ira nullus honor faciet. Sed satis sit. Quãuis & illud tragicũ adduci queat Domi lycissam quid pauisse profuit: ut illa rostra sanguinẽ hauriret trucis: sed redeamus adrẽ.

